

Editorial conventions are as follows. This transcript attempts to reproduce the manuscript text as accurately and diplomatically as possible. No attempt has been made to emend the text at any point. Manuscript punctuation, capitalization and orthography have been preserved, including scribal distinctions between ‘e/ȝ’ and ‘ae/æ’, ‘u/U’ and ‘v/V’, etc. Abbreviations and suspensions have been expanded in *italic* type. Rubrics have been rendered in **bold** type. Folio changes are indicated within ‘[...]’. Letters and words that are unclear in the manuscript—whether due to erasure or some other cause of obscurity—are indicated within ‘[...]’; so, for example, ‘e[t]’ indicates that the ‘t’ in the word ‘et’ is unclear. Letters and words that are completely obscured are represented by ‘*’s within ‘[...]’; so, for example, ‘et [**]em sciat’ indicates that the first two letters in the second word are no longer visible in the manuscript. Modern scriptural references have been supplied, and are given within ‘{...}’.

Original chapter numbers have been retained. Note, however, that these are very often at variance with the chapter numbering used by Kerff and Richter. Because of this, a ‘Kerff’ number is supplied immediately below each canon whose numbering in the present transcript differs from that in Kerff/Richter. For the register (or index of titles) I have noted within ‘[...]’ wherever there is a discrepancy in chapter numbering with either the main text of the present transcript or with Kerff/Richter.

Corrections, additions and other alterations to the text are reported in-line within ‘{...}’, while editorial commentary is confined to footnotes. Standard notation for textual descriptions is used whenever possible: ‘sic’; ‘corr.’ (indicating the corrected form of the preceding word/phrase); ‘transp.’ (accompanied by indication of the transposed words); ‘add.’ (for in-line additions); ‘add. in mg./add. marg.’; ‘add. sup. lin.’; ‘gl. in mg./gl. marg.’; ‘gl. sup. lin.’; ‘ras.’ (indicating erasure of the previous word, unless otherwise noted); ‘cancell.’ (cancellation of the previous word, unless otherwise noted); ‘expunc.’ (expunction of the previous word, unless otherwise noted). Since nearly every correction appears to be contemporary or nearly contemporary with the text—and so may just as likely represent the work of the main scribe as that of a separate corrector—no attempt has been made to distinguish between different correcting hands. Only when a correction has been made by a much later hand has this been indicated.

Source information is provided as follows. When only a single source has been identified, that source is listed below the canon. When a canon contains two or more passages that each draw on a different source, these sources are listed in separate *Source* entries that correspond to the relevant passage in the canon. When two or more sources *for the same passage* have been identified, the most likely source is listed first, followed by subsequent sources separated by semi-colons. When, in the case of multiple sources, some are formal (immediate) and some are material (ultimate) sources, formal sources are listed first (in order of most to least likely), followed by a ‘—’, after which material sources are listed (in order of most to least likely). Any source following a ‘cf.’ (even if a semi-colon intervenes), should be understood to be an analogue or parallel, rather than a source. Occasionally, information such as ‘abbreviated’ ('abbrev.'), ‘partial’, ‘paraphrased’ ('paraphr.'), or ‘adapted’ has been given after a source to indicate the manner in which that source was used; in the case of multiple sources, such information is placed after a ‘|’ following the full list of sources, provided all of the preceding sources listed (even if a ‘—’ intervenes) have been used by the compiler in the same way. For example, if the sources listed for a given passage have all undergone the same sort of abbreviation, this would be indicated by ‘| abbrev.’ at the end of the source list for that passage; however, if just the formal sources have undergone (the same sort of) abbreviation, then this would be indicated by ‘| abbrev.’ following the list of formal sources (i.e. immediately before the ‘—’).

The following transcription includes source information that, while based initially on Kerff's study, is the result ultimately of independent research.

INCIPIT PREFATIO LIBRI TERTII.

De mortalibus peccatis a criminibus eorumque poenitudine. et satisfactione. seu de octo principalium uitiorum origine uexatione indicii. obiectionibus. remediisque nec non et de pugna uirtutum [f. 50v] contra uitiorum inugnationem. uel quibus modis cogitatione. locutione. et opere. perpetrantur peccata; **T**ertius hic largiente domino ex edictis sanctorum patrum defloratus ut in prologo huius opusculi prefati sumus inchoat libellus; **T**uis igitur meritis precibusque animatus studiosissime pater. et sinon ut debeo. tamen prout potero deo fauente preceptis tuis satisfacere humiliter studebo;

EXPLICIT PREFATIO LIBRI TERTII.

INCIPIVNT CAPITVLA EIVSDEM.

- I. De** graibus mortalibusque peccatis ac criminibus eorumque poenitudine et satisfactione;
- II. De** materia octo principalium uitiorum eorumque origine sobolum. [*in Kerff: 3.2a*]¹
- III. De** natura et origine superbię. [*in text: 3.6*]
- III. Quod** superbiæ duo sunt genera [*in text: 3.7*]
- V. Quod** tantum sit malum superbię ut ipsum deum aduersarium habere mereatur; [*in text: 3.8*]
- VI. Qualiter** superbia superbos uexat. [*in text: 3.9*]
- VII. Quibus** indicii possit superbis agnoscı; [*in text: 3.10*]
- VIII. Quod** nullum uitium tam declinat a mandatis dei quam superbia. et ipsa magis iram dei prouocat; [*in text: 3.11*]

¹ The text of Book 3 contains three additional chapters not listed in this register. These three additional chapters are taken by Kerff as part of *Coll.quad. 3.2*.

IX. Abiectio uel increpatio aduersus superbos [f. 51r] diuersa super hoc testimonia; [*in text: 3.12*]

X. Quemadmodum superbiam superare possimus. [*in text: 3.23*]

XI. Remedia aduersus morbum superbiae; [*in text: 3.24*]

XII. De natura et origine inanis gloriae; [*in text: 3.25*]

XIII. Qua comparatione monstretur natura chenodoxiae. id est inanis gloriae; [*in text: 3.26*]

XIII. Qualiter uel quibus modis inanis gloria sectatores suos pulsat ac uexat; [*in text: 3.27*]

XV. Quibus indiciis possit inanis gloria cognosci; [*in text: 3.28*]

XVI. Increpatio aduersus eos qui inanis glorię morbo uexantur. diuersa super hoc testimonia; [*in text: 3.29*]

XVII. Remedia quibus inanem gloriam superare possimus; [*in text: 3.30*]

XVIII. De natura et origine superbiae; [*in text: 3.31*]

XIX. Qualiter inuidos uexat inuidia; [*in text: 3.32*]

XX. Quibus indiciis inuidorum dinoscitur inuidia; [*in text: 3.33*]

XXI. Increpatio aduersus inuidos; [*in text: 3.34*]

XXII. Remedia aduersus morbum inuidiae; [*in text: 3.35*]

XXIII. De natura et origine ire ac furoris; [*in text: 3.36*]²

XXIII. Remedia quibus iram de cordibus nostris eradicare possimus; [*in text: 40; in Kerff: 3.27*]

XXV. De natura et origine tristitię mortiferę; [*in text: 41; in Kerff: 3.28*]

XXVI. De natura et origine tristitię salutifere; [*in text: 42; in Kerff: 3.29*]

² Titles for *Coll. quad. 3.24–26* are missing from this register.

XXVII. Qualiter tristitia mortifera sectatores suos uexat. [f. 51v] [in text: 3.43; in Kerff: 3.30]

XXVIII. Quibus indicis mortifera declaratur tristitia; [in text: cf. 3.44; in Kerff: cf. 3.31]³

XXIX. Increpatio aduersus morbum mortiferę tristitię; [in text: cf. 3.44–45; in Kerff: cf. 3.31–2]⁴

XXX. Remedia quibus tristitiam mortiferam de cordibus nostris exterminare possimus; [in text: cf. 45–6; in Kerff: cf. 3.32–3]⁵

XXXI. De natura et origine auaritiæ; [in text: 47; in Kerff: 3.34]

XXXII. Qualiter auaritia uexat auaros; [in text: 48; in Kerff: 3.35]

XXXIII. Quibus indicis cognoscitur auarus; [in text: 49; in Kerff: 3.36]

XXXIII. Increpatio aduersus auaritiam diuersa super hoc testimonia; [in text: 50; in Kerff: 3.37]

XXXV. Remedia contra morbum auaritiæ; [in text: 3.51; in Kerff: 3.38]

XXXVI. De natura et origine gastrimargiæ quæ interpretatur uentris ingluuies; [in text: 3.52; in Kerff: 3.39]

XXXVII. Qualiter uentris ingluuies uexat ac pulsat amatores suos; [in text: 3.53; in Kerff: 3.40]

XXXVIII. Quibus possit indicis cognosci gastrimargia; [in text: 3.54; in Kerff: 3.41]

XXXIX. Increpatio aduersus gulæ deditos; [in text: 3.55; in Kerff: 3.42]

XL. Remedia contra morbum gastrimargiæ id est uentris ingluuies; [in text: 3.56; in Kerff: 3.43]

XLI. De natura et origine luxurię et fornicationis ad {sic} inmunditiæ; [in text: 3.57; in Kerff: 3.44]

XLII. Qualiter luxuria uexat luxuriosos ac fornicatores; [in text: 3.58; in Kerff: 3.45]

³ In the text, this title is not used; instead the title for *Coll.quad.* 3.32 is used to introduce *Coll.quad.* 3.31.

⁴ In the text, this title (from *Coll.quad.* 3.32) is used to introduce *Coll.quad.* 3.31.

⁵ In the text, this title (from *Coll.quad.* 3.33) is used to introduce both *Coll.quad.* 3.32 and 3.33.

XLIII. Quibus possit indicis cognosci luxuriosus; [*in text:* 3.59; *in Kerff:* 3.46]

XLIII. Increpatio aduersus luxuriosos. et fornicatores nec non et inmundos; [*in text:* 3.60; *in Kerff:* 3.47]

XLV. Remedia contra morbum luxurię ac fornicati[f. 52r]onis omniumque inmundorum nefandorumque criminum; [*in text:* 3.61; *in Kerff:* 3.48]

XLVI. De gastrimargia ceterorumque principalium uitiorum recapitulatione; [*in text:* 3.42; *in Kerff:* 3.49]

XLVII. De fornicatione. [*in text:* 3.43; *in Kerff:* 3.50]

XLVIII. De philargiria; [*in text:* 3.44; *in Kerff:* 3.51]

XLIX. De ira. [*in text:* 3.45; *in Kerff:* 3.52]

L. De tristitia. [*in text:* 3.46; *in Kerff:* 3.53]

LI. De accidia; [*in text:* 3.47; *in Kerff:* 3.54]

LII. De natura et origine accidiæ; [*in text:* 3.48; *in Kerff:* 3.55]

LIII. Qualiter accidia uexat accidiosos; [*in text:* 3.49; *in Kerff:* 3.56]

LIII. Quibus indicis cognoscitur accidiosus; [*in text:* 3.50; *in Kerff:* 3.57]

LV. Increpatio contra spiritum accidię diuersa super hoc testimonia; [*in text:* 3.51; *in Kerff:* 3.58]

LVI. Remedia quibus accidiam superare possumus; [*in text:* 3.52; *in Kerff:* 3.59]

LVII. De chēnodoxia id est uana gloria; [*in text:* 3.53; *in Kerff:* 3.60]

LVIII. De superbia. [*in text:* 3.54; *in Kerff:* 3.61]

LIX. De sex uitiorum concordia et duorum ab eis dissidentium cognitione; [*in text:* 3.55; *in Kerff:* 3.62]

LX. De origine et qualitate uniuscuiusque uitii; [*in text:* 3.56; *in Kerff:* 3.63]

LXI. De uaria obiurgationę omnium uitiorum; [*in text:* 3.57; *in Kerff:* 3.64]

LXII. De instituendo aduersus uitia certamine. secundum ipsorum infestationem; [*in text:* 3.58; *in Kerff:* 3.65]

LXIII. De duobus uitiorum generibus et efficientia eorum quadripertita; [*in text:* 3.59; *in Kerff:* 3.66]

LXIII. Decapitatio {sic} de gastrimargię et fornicationis passione. et curatione earum; [*in text:* 3.60; *in Kerff:* 3.67]

LXV. Quę carnalia uel qui spiritalia dicantur. esse. uitia; [*in text:* 3.61; *in Kerff:* 3.68]

LXVI. Testimonia diuersa super significationem octo uitiorum. [f. 52v] [*in text:* 3.62; *in Kerff:* 3.69]

LXVII. Quod deuicta passione gulę inpendendus sit labor ad uirtutes cæteras obtinendas; [*in text:* 3.63; *in Kerff:* 3.70]

LXVIII. Quod non idem preliorum ordo sit qui ponitur in catalogo {catalogo corr.} uitiorum; [*in text:* 3.64; *in Kerff:* 3.71]

LXIX. Quomodo secundum octo uitia octogentium numerus impleatur; [*in text:* 3.65; *in Kerff:* 3.72]

LXX. Quod contra unumquodque uitium singulę uirtutes sunt opponendę; [*in text:* 3.66; *in Kerff:* 3.73]

LXXI. Quibus modis committitur peccatum; [*in text:* 3.67; *in Kerff:* 3.74]

LXXII. De his qui cogitatione delinquunt; [*in text:* 3.68; *in Kerff:* 3.75]

LXXIII. Quam periculosum sit cogitationes malas delectari; [*in text:* 3.69; *in Kerff:* 3.76]

LXXIII. *Quod omnia cognitionum secreta diuinis aspectibus sunt aperta; [in text: 3.70; in Kerff: 3.77]*

LXXV. *De his qui sermone offendunt; [in text: 3.71; in Kerff: 3.78]*

LXXVI. *De emendacio. {mendacio corr.} [in text: 3.72; in Kerff: 3.79]*

LXXVII. *De diuersis mendaciorum generibus. [in text: 3.73; in Kerff: 3.80]*

LXXVIII. *De diuersis grauioribus mortalibus peccatis ac sceleribus quę perpetrantur locutione; [in text: 3.74; in Kerff: 3.81]*

LXXIX. *De his qui opere et actu modis diuersis peccant; [in text: 3.75; in Kerff: 3.82]*

LXXX. *Item de diuersis ac multiformis modis peccantium; [in text: 3.76; in Kerff: 3.83]*

LXXXI. *Quod aliquando ex peccatis quædam generantur; [in text: 3.77; in Kerff: 3.84]*

EXPLICIVNT CAPITVLA LIBRI TERTII.

INCIPIT TEXTVS LIBRI TERTII

DE GRAVIBVS MORTALIBVSQVE PECCATIS A CRIMINIBVS EORVMQVE POENITV[f. 53r]DINE ET SATISFACTIONE.

QVAE SVNT AVTEM grauia et mortalia peccata paulus pr̄edicator ḥegregius in epistola ad romanos cum nefandissima notaret crimina subdendo manifestauit dicens. repletos⁶ omni iniquitate. malitia. fornicatione. auaritia. nequitia. plenos inuidia. homicidio. contentione. dolo. malignitate. susurrones. detractores. deo odibiles. contumeliosos. superbos. elatos. inuentores malorum. parentibus non oboedientes. insipientes. inconpositos. sine affectione. absque foedere. sine misericordia. Qui cum iustitiam dei cognouissent: non intellexerunt quoniam qui talia agunt

⁶ A notation (a *nota* mark ?) added in the right margin by a modern hand.

digni sunt morte. non solum qui faciunt ea. sed etiam qui consentiunt facientibus. {Rm 1:29–32}

Considerate igitur cum omni timore quia qui supra scripta et his similia perpetrant uel
 consentiunt crimina. nisi ante exitum uitę per poenitentiam et elemosinas coeteraque opera bona
 redemerint ea. secundum beati pauli {scilicet apostoli gl.} definitionem dignissimos. esse. morte.
 id est morte [f. 53v] perpetua morte sine remedio. morte sine fine; Nam et de mortalibus
 criminibus idem apostolus in epistola ad galathas loquitur; Manifesta autem sunt opera carnis
 quę sunt fornicatio. inmunditia. luxuria. idolorum seruitus. ueneficia inimicitię. contentiones.
 emulationes. irę. rixę. dissensiones. secte. inuidię. homicidia. ebrietates. commesationes et his
 similia quę predico uobis sicut predixi. quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur.
 {Gal 5:19–21} Non dixit qui talia egerunt regnum dei non consecuti sunt. sed qui talia agunt. id
 est qui in his perseverant criminibus regnum dei non consequentur; Multi denique supra scripta
 et his similia perpetrauerunt crimina. et ante mortem per penitentiam et elemosinas et alia bona
 opera expurgauerunt ea. et postmodum ad regnum dei peruenerunt et cotidię peruenire merentur;
 Et in epistola ad ephesios de peccatis criminalibus inter cetera ait. fornicatio autem aut omnis
 inmunditia. aut auaritia. nec nominetur in uobis sicut decet sanctos; {Eph 5:3} et paulo post. hoc
 enim scitote quod omnis fornicator. aut inmundus aut auarus quod est idolorum seruitus. non [f.
 54r] habet hereditatem in regno christi et dei; {Eph 5:5} De hoc et in epistola ad colosenses
 precepit dicens. Mortificate membra uestra quę sunt super terram. fornicationem. inmunditiam.
 libidinem. concupiscentiam malam. et auaritiam quę est simulacrorum seruitus. propter quę uenit
 ira dei super filios incredulitatis; {Col 3:5–6} His etenim apostolus dilecto discipulo suo
 timotheo ab omnibus his qui grauibus erant uitiis inretici. in secunda ad eundem discipulum
 epistola precepit declinare dicens; Hoc autem scito quod in nouissimis diebus instabunt tempora
 periculosa: et erunt homines seipsos amantes. cupidi. elati. superbi. blasphemi. parentibus non
 obedientes: ingrati. sc̄elestes. sine affectione. sine pace criminatores. incontinentes. inmites. sine
 benignitate. proditores. proterui. tumidi uoluptatum amatores. magis quam dei. habentes quidem
 speciem piętatis uirtutem autem eius abnegantes. et hos deuita; {2 Tim 3:1–5} Nam et secundum
 canonum definitionem hęc sunt capitalia crimina; Prima superbia. quę est mater et regina
 omnium uitiorum. siue leuum. siue principalium. testante sacra scriptura initium omnis peccati
 superbia; Ipsa [f. 54v] enim peccatorum omnium causa. quoniam non solum peccatum est ipsa.
 sed etiam nullum peccatum fieri potuit potest aut poterit sine ipsa; Siquidem nihil aliud omne
 peccatum nisi dei contemptus est quo eius precepta calcantur. quem contemptu dei nulla res alia

persuadet hominibus nisi superbia; Deinde cupiditas mala: de qua paulus apostolus ait. radix omnium malorum cupiditas; {1 Tim 6:10} Cum enim spiritus sanctus per prophetam. initium omnis peccati superbiam. esse pronuntiet. et per apostolum. radicem omnium malorum cupiditatem. esse. affirmet. unum idemque esse significat. quia cupiditas et superbia in tantum unum est malum. ut nec superbi sine cupiditate nec sine superbia possit inueniri cupidus; Solerter considerare debent qui de peccatis et uitiis tractant. quia superbia initium est omnis peccati. cupiditas uero omnium radix malorum; Antea enim unaquaque res initium habet: postea radicem emittit. et tamen sicut initium et radix una eademque res. est. et materia. ita superbia et cupiditas licet unum prius alterum posterius. unum tamen est malum; Ac deinde in numero principalium uitiorum ponitur inuidia. perniciosissima pes[f. 55r]tis. que semper aliena torquetur felicitate. Postmodum ingluies uentris fornicatio. ira tristitia seculi. que mortem operatur. inanis gloria auaritia. sacrilegium. id est furtum sacrarum rerum. adulterium. furtum. rapina. falsum testimonium. perjurium. idolatria. æbrietas. molles masculorum concubitores. sodomite maledici. homicidiæ. inter cetera paulus apostolus in epistola ad corinthios prima capitalia crimina manifestat dicens. Nolite inquit errare. neque fornicatores. neque idolis seruientes: neque adulteri. neque molles. neque masculorum concubitores neque fures. neque auari. neque ebriosi. neque maledici. neque rapaces. regnum dei possidebunt {1 Cor 1:9–10} cum eiusmodi nec cibum sumere id est. si in istis perseverant criminibus. Cæterum qui ante ultimum huius uitę diem deluerint ea poenitendo et elemosinis redimerunt. et in bonis perseverauerunt operibus regnum dei possidere posse credimus et affirmamus; Qui autem perseverauerit usque in finem dicento domino hic saluus erit; {Mt 10:22} Sane cauendum. ne quisquam existimet nefanda illa crimina qui talia agunt [f. 55v] regnum dei non possidebunt. cotidie redimenda. in melius est quipp[*]e {quippe corr.} uita mutanda. et per elemosinas de peccatis preteritis est propitiandus deus. non ad hoc emendus. quodammodo ut ea semper liceat inpune committere; Nemini enim dedit laxamentum peccandi; Quando miserando deleat iam facta peccata. non factio congrua neglegatur; Sane⁷ qui sceleratissime uiuunt nec curant talem uitam moresque corrigere et inter ipsa facinora et flagitia sua elemosinas frequentare non cessant. Sine causu {causa corr.} de tali opere sibi blandiuntur; Qui enim uult ordinate dare elemosinam a seipso debet incipere et eam sibi primum dare; Est enim elemosina opus misericordię uerissime que dictum est; Miserere anime tuę placens deo; {Sir 30:24} Non ergo se fallant qui per elemosinas quamlicet largissimas

⁷ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

fructuum suorum uel cuiusque pecunie inpunitatem se emere existimant in facinorum inmanitate ac flagitorum nequitia permanendi: non solum enim hec faciunt. sed ita diligunt ut in eis semper optent tan[f. 56r]tum si possint impune uersari; **Qui autem** diligit iniquitatem. odit animam suam; **Qui autem** odit animam suam non est misericors. sed crudelis. **Diligendo eam** quippe secundum seculum odit eam secundum seculum {seculum del.} deum; **Si ergo** uellet ei dare elemosinam per quam illi essent munda omnia odisset eam seculum secundum: {secundum seculum corr.} et diligenter secundum deum; **Nemo autem** dat elemosinam qualibet {quamlibet corr.} nisi unde det ab illo accipiat qui non eget. ideo dictum est. misericordia eius preueniet me; {Ps 58:11} **Peccata enim mortalia** ut iam dictum est tantum ab omni iustitię sorte discordant. tanta iniquitate patrantur. ut absque ulla contradictione factorem suum nisi corrigantur æternam mergant in pænam; **De qualibus** scriptum est anima quę peccauerit ipsa morietur; {Ez 18:4, 20} **Et⁸** qualibus dicit apostolus paulus. quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur; {Gal 5:21} **Vnde et iohannes** apostolus. omnis qui natus. est. ex deo non peccat; {1 Io 5:18} **Hoc** de omni crimen capitali possumus intellegere. siue qui natus. est. ex deo non peccat. id est. peccatum ad mortem non perpetrat; **Peccatum** ad mortem est peccatum usque ad tempora mortis pertractum. quod peccatum omnis qui natus est [f. 56v] ex deo non peccat; **Denique** dauid rex mortale crimen ammisit: id. est. adulterium et homicidium. sed tamen quia ex deo natus erat et ad filiorum dei societatem pertinebat. non peccauit usque ad mortem. quia sui reatus ueniam mox poenitendo promeruit; **Sunt enim** quedam peccata quę leuissima putarentur. nisi in scripturis demonstrarentur oppinione grauiora; **Quis enim** dicentem fratri suo fatuę reum gehennę putaret {Mt 5:22} nisi ueritas diceret. aut quis estimaret quam magnum peccatum sit. dies obseruaret. et menses. et tempora. et annos. sicut obseruant qui certis diebus siue mensibus. siue anni uolunt uel nolunt aliquid inchoare. eo quod secundum uanas doctrinas hominum fausta uel infausta estimant tempora nisi magnitudinem ex timore apostoli pensaremus. qualibus ait; **Timeo** uos ne forte sine causa laborauerim in uobis; {Gal 4:11} **Sepe enim** quedam peccata magna et horrenda cum in consuetudinem uenerint aut parua aut nulla. esse. creditur⁹ usque adeo non solum non occultanda. uerum etiam¹⁰ predicanda. diffamanda uideantur. quando sicut scriptum est.

⁸ A faint word (*de* ?) appears to have been added above the line between *et* and *qualibus* by a modern hand. A notation (an *X*?) is also faintly visible in the right margin.

⁹ creditur usque written crediturusque

¹⁰ An *X* written in the left margin by a modern hand.

Laudatur peccato¹¹ in deside[f. 57r]riis animę suę et qui iniqua gerit benedicetur; {Ps 9:24} **Talis** in diuinis scripturis iniquitas clamor uocatur: unde et illud in genesi; Clamor¹² sodomorum et gomorrę. multiplicatus est. {Gn 18:20} quia non solum iam apud eos puniebatur illa flagitia. uerum etiam publice ueluti lege frequentabantur; Vnde scriptum est. et peccatum suum quasi sodoma *predicauerunt*. nec absconderunt illud; {Is 3:9} Est enim peccatum grauissimum: quia non solum suos auctores uerum et eos quos mortiferis sermonibus et actibus ad peccandum pertrahit: *perpetuam perducit* ad pænam; **Cum enim** hoc et huic simile quisque perpetrat. tot mortibus dignus est quod ad ceteros: *perditionis exempla transmittit*; Nemo etenim tam magnum putaret concupiscentiam libidinis esse. peccatum. nisi dominus diceret. qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam in corde suo; {Mt 5:28} **Quis** etenim tam grande putaret esse. peccatum inutiliter reseruare diuitias. nisi iacobus apostolus. agite nunc diuites. plorate ululantes in miseriis quę adueniunt uobis: aurum et argentum uestrum eruginauit. et erugo eorum in tes[f. 57v]timonium uobis erit. et manducabit carnes uestras sicut ignis; {Iac 5:1–3} **Valde**¹³ etenim peccant qui uerbum sacrę *predicationis utiliter proferre possunt*. et tamen sub silentio abscondunt. Vnde per salomonem dicitur. qui abscondit. frumenta maledicetur in populis; {Prv 11:26} **Frumenta** quippe abscondere est. *predicationis sanctę* apud se uerba retinere; In populis autem talis quisque maledicitur. quia in solius culpa silentii pro multorum quos corrigere potuit pæna dampnatur; Nemo etenim sermonem maledictionis tam horrificum putaret. esse. peccatum quamuis sectatores suos a dei separat regno: nisi paulus diceret apostolus. neque maledici. regnum dei possidebunt; {1 Cor 6:10} Est enim causa leuitatis usitatissimum et grauissimum peccatum: et poene nullus est qui a tanto inmanissimo scelere linguam restringat suam: neque diues. neque pauper. neque nobilis. neque ignobilis. neque sapiens. neque insapiens. neque clericus. neque laicus. neque senex. neque iuuenis. neque masculus: neque femina. neque liber. neque seruus; **Et** non solum est. maledicus sermo. qui dicitur. maledicat illum dominus. aut maledicte fac hoc: aut il[f. 58r]lud maledictus sis. sed etiam omnis sermo qui ad hoc profertur ut infamet aliquem. aut deroget. aut male commendet. quamuis non uideatur esse. iniuriosus maledictus est. ut illud de cęco. maledixerunt illum iudei et dixerunt ei. tu discipulus illius sis; {Io 9:28} Aut quis crederet tristitiam seculi mortiferum. esse. peccatum. nisi paulus apostolus diceret. tristitia seculi mortem operatur; {2 Cor 7:10} **Tristitia** seculi est. cum aliquid de rebus

¹¹ peccato corr. to peccator by modern hand

¹² A notation (. . . . uel ani[?] . . .) has been added in the right margin by a modern hand.

¹³ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

humanis uel quę ad seculum pertinent contrastamur; Tristitia uero secundum deum est. cum pro nostris proximorumque erratibus contrastamur; **D**e qua idem dicit apostolus. tristitia secundum deum salutem. stabilitatem operatur; {2 Cor 7:10} Sunt et alia grauia peccata plurima. de quibus per diuersas *sanctorum scripturarum* paginas studiosus lector licet sparsim si cupit inueniet multa: quę cum in consuetudinem ueniuunt. ut supra scriptum est: aut parua aut nulla. esse. creduntur; Vnde clarissimus doctor *sanctus agustinus episcopus* in expositione epistolę *sancti pauli ad galathas* cum dolore nimio exclamare conpulsus est. dicens. uæ¹⁴ peccatis hominum: quę sola inusitata exhorrescimus. usitata uero [f. 58v] pro quibus abluendis filii dei sanguis effusus est. quamuis tam magna sint ut omnino claudi contra se faciant regnum dei. sepe uiuendo omnia tolerare: sepe tolerando: nonnulla etiam facere cogimur: atque utinam o domine non omnia quę non potuerimus prohibere faciamus; Nullatenus enim de ipsis criminibus quamlibet magnis in *sancta ecclesia* remittendis dei misericordia disperanda est. agentibus poenitentiam. secundum modum cuiusque peccati; **I**n actione autem poenitentię ubi tale commissum est: ut his qui commisit a christi etiam corpore separetur: non tam consideranda est. mensura temporis; **C**or enim contritum et humiliatum deus non spernit; {Ps 50:19} Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri. nec in aliorum notitiam per uerba uel quęcumque alia signa procedit cum sit coram illo cui dicitur: gemitus meus a te non est absconditus; {Ps 37:10} Recte constituuntur ab his qui ecclesiis presunt. tempora poenitentię. ut satisfaciat etiam ecclesię in qua remittuntur ipsa peccata. extra eam quippe non remittuntur; **C**ui ergo tanta est lepra grauioris peccati: ut a saluberrimo corporis et sanguis domini medicamento non animo sed corpore separetur. consilio et autoritate antestitis debet se ab altari et communione mense dominice. non desperatione sed humilitate remoueri. ad agendam satisfactionis poenitentiam: et postmodum secundum canonicam institutionem auctoritate et oratione sacerdotis reconciliari; **P**rius enim agenda est poenitentia. ac sic deinde hoc salutiferum sacramentum. suscipiendum est; **Q**ui enim manduauerit indigne: iudicium sibi manducat et bibit; {1 Cor 11:29} **H**oc est enim indigne accipere. si eo tempore quis accipiat quo debet agere poenitentia; **A**t hi qui in aliquo gradu ecclasiastico constituti aliquod occulte crimen admittunt. ipsi se uana persuasione decipiunt: si eis uidetur propterea communicare et officium suum implere debere quod homines occultatione sui criminis fallunt; **Q**ui autem ea commiserint et ideo prodere metuunt ne sententiam iuste excommunicationis accipient sine causa communicant: immo uero dupliciter

¹⁴ A *nota* mark added in the right margin by a modern hand.

contra se iram diuinę indignationis exagerant. *quod et honoribus innocentiam fingunt. et contempto dei iudicio [f. 59v]* abstinere se ab altari *propter* homines erubescunt; **Quapropter** facilius sibi *deum placabunt* illi qui non humano conuicti iudicio. sed ultiro *crimen agnoscant*. quia aut propriis illud confessionibus produnt: aut nescientibus aliis quales occulti sunt. ipsi in se uoluntarię excommunicationis sententiam ferunt: et ab altari cui ministrabant *non animo* sed officio separati uitam suam tamquam mortuam agentes poenitentiam plangunt; Nam et ipsa poenitentia quando digna causa est. ut secundum morem ecclesię agatur plerumque infirmitate *non agitur*: quia et pudor timorem displicendi. dum plus delectat hominum. existimatio quam iustitia qua se quisque humiliat poenitendo; **Vnde non solum cum agitur poenitentia uerum etiam ut agatur dei misericordia necessaria est:** alioquin non diceret apostolus de quibusdam: ne forte det illis *deus pænitentiam*; {2 Tim 2:25} **Et¹⁵** ut petrus amare fleret premisit euangelista et ait: respexit eum dominus; {Lc 22:61} Porro illi quorum peccata humanam latent notitiam nec ab ipsis confessa nec ab aliis publicata. si ea confiteri uel emendare noluerit *deum quem* habent testem. ipsum habituri sunt et ultorem; Et quid eis prodest hu[f. 60r]manum uitare iudicium. cum si in malo suo permanserit {permanserint corr.} ituri sunt in æternum deo retribuentę supplicium? Quod si ipsi sibi iudices fiant. et ueluti suae iniquitatis ultores. hic in se uoluntariam poenam seuerissime animaduersionis exerceant temporalibus poenis. mutabunt æterna supplicia: et lacrimis ex uera cordis conpunctione fluentibus restringent æterna ignis incendia; **Quicumque autem** mortali criminis sue {sic} occulto siue publico: ita sunt inretiti quibus differenda sint saluberrima corporis et sanguinis domini medicamenta: ideo presumptive sine satisfactione et reconciliatione sui antistitis ad percipienda altaris sacramenta accedunt. quia multos forte uident ipsam dominicam percipere communionem quorum talia crimina non ignorant: et non considerant quia multi corriguntur ut petrus. multi tolerantur ut iudas: Multi nesciuntur donec ueniat dominus et inluminet abscondita tenebrarum. et manifestet cogitationes cordis; **Hi aut {sic}** qui aliquo m[*]rtali {mortali corr.} criminis sponte confessi aut aliquo siue seculari siue ecclesiastico iudicio accusati sunt [f. 60v] atque conuicti. et ob hoc medicinali prohibitione sequestrati sunt a dominica communione. si necessitate mortis urgente uiaticum petunt et reconciliationem. nullatenus eis talis petitio denegetur; **Multum enim.** ac necessarium est. ut peccatorum reatus ante ultimum diem sacerdotali supplicatione soluatur; **His** qui autem in tempore necessitatis et in periculis urgantis instantię presidium poenitentię et morem reconciliationis implorant. Nec

¹⁵ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

satisfactio interdicenda est. ne reconciliatio deneganda: quia misericordię dei nec mensuras possumus ponere: nec tempora definire. apud quem nullas patitur inuenire moras conuersio; Clementiam enim dei ad subueniendum morienti sufficere uel momento: posse certissime credimus; **P**erdidisset latro in crucem premium ad christi dexteram pendens: si illum unius horę poenitentia non iuuisset; **C**um. esset. in poena poenituit et per unius sermonis promissionem habitaculum paradysi deo promittente promeruit; **U**era¹⁶ ergo ad deum conuersio in ultimis positionum mente potius est. estimanda quam [f. 61r] tempore. propheta taliter adserante. cum conuersus ingemueris tunc saluus eris; {cf. Is 30:15} **E**t illud. peccator in quacumque die conuersus fuerit. peccata eius non reputabuntur ei {Ez 33:12; 33:16} et illud. dic tu iniquitates tuas prior. ut iustificeris; {cf. Is 43:25–6} **I**tem. quia apud dominum misericordia est. et copiosa apud eum redemptio; {Ps 129:7} **I**n dispensandis itaque dei donis non debemus esse. difficiles. nec accusantium gemitus lacrimasque neglegere cum ipsam poenitendi affectionem ex dei credamus inspiratione conceptam. dicente apostolo. ne forte det illis deus poenitentiam ut resipiscant a diaboli laqueis a quo capti tenentur ad ipsius uoluntatem; {2 Tim 2:25–6} **E**orum autem ut sanctissimus martyr cyprianus in epistola quam scripsit ad romanus {sic} ait; **Q**uorum uitae suę finem urguens exitus dilationem non potest ferre acta penitentia. et professa frequenter suorum de testatione factorum. si lacrimis si gemitis: si fletibus dolentes ac uere poenitentes animi signa prodiderint. cum spes uiuendi secundum hominem nulla substiterit. ita demum caute et sollicite subueniri deo ipso quid de talibus faciat et qualiter iudiciis suis examinet ponderat: [f. 61v] nobis tamen anxiis et curauimus ut nec pronam nostram improbi homines laudent facilitatem: nec uere pænitentes accusent nostram quasi duram credulitatem; **I**psi autem poenitentes quorum uita incolomis. esse. constat. tam grandia defleant quam grandia commiserunt: et tam grande expectant consilium quam late propagatum uidetur. esse. delictum; **N**on¹⁷ sit minor medicina quam uulnus est: non sint minora remedia quam funera; **E**t martyr cyprianus in libro de lapsis ait: orare oportet pænitentes impensius et rogare diem luctus. transire uigiliis noctes ac fletibus ducere: tempus omne lacrimosis lamentationibus occupare. Stratos sono adherere in cinere et cilicio et sordibus uolutare. post indumentum christi perdere nullum iam uelle uestimentum: post diaboli cybum malle ieunium. iustis operibus incumbere: quibus peccato animę liberantur; **S**unt etenim ut iam dictus doctor ait: in epistola ad cornelium romanę

¹⁶ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

¹⁷ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

urbis episcopum tertia qui propria non intellegunt delicta. quorum mens est. percussa. animus amens. et sensus alienus. quibus ira est dei non intelligere delicta: ne sequatur pænitentia. Sicut scrip[f. 62r]tum est. et dedit illis deus spiritum transpunctionis. {Is 29:10} ne reuertantur. scilicet et currentur. et depreciationibus ac satisfactionibus iustis post peccata sanentur; **Paulus.** apostolus in epistola sua ponit et dicit. delictum ueritatis *non* habuerunt ut salui fierent: ac propterea mittet illis deus in operationem erroris ut credant mendacio: ut iudicentur omnes qui *non* crediderint ueritati: sed sibi placent in iniustitia; {2 Thess 2:10–12} **Primus**¹⁸ felicitatis gradus est non delinquere. **secundus** delicta cognoscere: illic currit innocentia integra et inlibata quę seruet: hic succedit medela quę sanet; **Porro sunt qui**¹⁹ dicit qui magnitudinem et innumerositatem suorum considerant peccatorum: et ob hoc desperantes de ineffabili et incomprehensibili omnipotentis dei misericordia diffidunt: et idcirco nolunt agere *pro* peccatis et sceleribus suis pænitentiam. sed in pænitentes corde in malis suis obdurati permanet. et rebelles contra *spiritus sancti* gratiam infeliciter existunt; **De quibus** ait apostolus. nescis quia patientia dei ad pænitentiam te adducit: tu autem secundum duritiam tuam et cor in poenitens thesaurias tibi iram in dię ire et reuelationis iusti iudicii dei; {Rm 2:5} **Hæc** [f. 62v] autem duritia corde in pænitentis blasphemia est. in *spiritum sanctum*: quę *non* remittetur ullo homini. unde dominus in euangelio ait: qui dixerit blasphemiam in *spiritum sanctum* *non* remittetur ei; {Mc 3:29} **De qua** blasphemia cautissimus ac preclarissimus doctor. agustinus cum de²⁰ inremissibili blasphemia in *spiritum*. *sanctum* sermonem faceret ad populum inter cetera ait; **Hæc**²¹ omnino in pænitentia *non* habet remissionem neque in hoc seculo. neque in futuro: quia pænitentia impetrat remissionem in hoc seculo quę ualeat in futuro; **Sed**²² ista in pænitentia uel cor in pænitens quamdiu quisque in hac carne uiuit *non* potest iudicari; **De**²³ nullo enim disperandum est quamdiu patientia dei ad pænitentiam ducit; **Item post** pauca ait. omne prorsus peccatum. et blasphemia remittetur hominibus ubi peccatum *non* fuerit cordis in pænitentis²⁴ contra *spiritum sanctum*. per quod in eccllesia peccata soluuntur: cunctaque alia dimittuntur; **Quomodo** autem hoc remittetur quod etiam remissionem impedit

¹⁸ A *nota* mark added in the right margin by a modern hand.

¹⁹ qui dicit] *sic for quidam; note that the nature of this corruption indicates that the exemplar (or archetype) contained the 'oc' or 'double-c' form of the letter a*

²⁰ A notation (*Cm ?*) has been added in the left margin by a modern hand.

²¹ A notation (*Aug ?*) has been added in the left margin by a modern hand.

²² A *nota* mark added in the left margin by a modern hand.

²³ A *nota* mark added in the left margin by a modern hand.

²⁴ A notation in the form of ð—typically used in English manuscripts as a signe de renvoi—has been added in the left margin by a modern hand. No corresponding mark is visible on the page, however, and nothing in the text at this point suggests that a correction or rearrangement needs to be made.

aliorum; **Omnia** ergo dimittuntur eis in quibus hoc non est. **quod numquam dimittetur** in quibus autem est. quoniam hoc numquam dimittetur: nec alia [f. 63r] dimittuntur. quia omnium remissio uinculo istius impeditur; **D**e qua blasphemia id est. inpænitentia uel cor inpænitens supradictus pater agustinus. enucleantissime ualdeque prolixo in sermone ad populum more solite secundum sanctarum scripturarum adfirmationem disseruit; Nemo²⁵ ergo pro multitudine et enormitate suorum disperet peccatorum. sed potius confidens de misericordia dei agat pro peccatis dum in hoc corpore uiuit pænitentiam. ne in futuro æterni iudicis examine pro duritia cordis inpænitentis quę est blasphemia in spiritum sanctum: ut iam dictum est: secundum domini saluatoris sententiam dampnatus absque ulla remissione exsistat; **N**ullum est enim scelus et nulla iniquitas. quę non medicamento pēnitentię sanetur: Si tantummodo contrito et humiliato corde cum lacrimis gemitibus. uigiliis. orationibus. ieuniis. elemosinisque. secundum uirum suarum possibilitatem ad deum a quo peccando discessit redeat; Scripsit enim preclarissimus doctor iohannes constantinopolitane ecclesię episcopus: optimum ualde librum de reparatione lapsi [f. 63v] per pænitentiam. quem quicumque peccator legerit puto quod ultra donante deo pro innumerositate peccatorum suorum disperare non poterit; **E**t sanctissimus martyr cyprianus de lapsis elegantissimum scripsit librum quorum duorum auctorum quisquis animarum medicus habuerit et intellexerit libros congrue in omnibus animarum uulneribus iuuante deo qui est medicus medicorum salutiferam poterit adponere medicinam; Nec illud in presenti excertione puto esse reticendum. **quod beatus agustinus** in libro de ciuitate dei. XIII^{mo}. de superbis uel occulte peccantibus ait. **S**uperbis²⁶ inquit uel occulte peccantibus utile. est. in aliquod apertum manifestumque peccatum cadere. unde sibi displiceant. qui iam sibi placendo cæciderant; **S**alubrius enim petrus sibi displicuit quando fleuit. quam sibi placuit quando presumpsit; **H**oc dicit et sacer psalmus. imple facies eorum ignominia et querent nomen tuum domine. {Ps 82:17} id est ut et tu eis placeas querentibus nomen tuum. qui sibi placuerant querendo suum; **S**ed est peior dampnabiliorque superbia querentium in peccatis manifestis suffugium excusationis [f. 64r] inquirentis. **sicut illi** primi homines quorum et illa dixit. serpens seduxit me et manducaui: {Gn 2:12} et ille dixit. mulier quam dedisti sociam: ipsa mihi dedit de ligno et comedи; **N**usquam hic sonat petitio uenię: **nusquam** imploratio medicinę; **S**ed et illud non est. pretereundum quod isdem

²⁵ A notation (*Eug ... ?*) has been added in the right margin by a modern hand.

²⁶ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

sanctus agustinus ait in libro de fide et operibus. **D**e²⁷ his qui homines male securos faciunt: ut propter rectam fidem etiam si in criminibus permanerint non dampnentur; Causeamus inquit diligenter in adiutorio domini dei nostri non facere homines male securos dicentes eis: quod si fuerint in christo baptizati quomodolibet in ea fide: uinxerint eos ad salutem æternam esse uenturos; **Iacobus**²⁸ enim apostolus ait: si quis fidem dixerit se habere: opera autem non habet. {habeat corr.} numquid fides saluare poterit eum? {Iac 2:14} fides enim sine operibus mortua est; {Iac 2:26} Sicut enim fides recta absque bonis operibus nihil cuiquam prodest: ita opera bona sine fide prodesse: alicui non possunt: testante sancta scriptura sine fide enim impossibile est. placere deo; {Hbr 11:6} Ut enim fides recta sine operibus bonis saluare quemquam nequeat. hisdem clarissimo doctor agustinus [f. 64v] in libro de bibtismo quarto diuinis ex testimoniis contando {sic} adfirmat dicens.²⁹ constituamus aliquem fornicatorem inmundum. luxuriosum. auarum. ueneficum. discordiosum. contentiosum. seditiosum. inuidum. ebriosum: commessatorem. catholicum: numquid propter hoc solum quod catholicus est regnum dei possidebit habens talia; **D**e quibus sic conclusit apostolus. que dico uobis sicut predixi: quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur; {Gal 5:21} Et alibi dicit. hoc autem scitote cognoscentes: quod omnis fornicator. aut inmundus. aut auarus: quod est idolorum seruitus non habet hereditatem in regno christi et dei; {Eph 5:5} Verax est enim sancti iacobi apostoli sententia qua dicit. fides sine operibus otiosa est; {Iac 2:20} Queritur a multis utrum parentes bibtizatis paruulis noceant cum eos demoniorum sacrificiis sociare conantur. uel quantum in hoc ipsi parentes delinquent plenius de hac re *sanctus agustinus* in epistola ad bonefatum episcopum de paruulis requirentem docet nos dicens; Semel³⁰ generatus per aliorum carnalem uoluptatem. cum semel regeneratus fuerit per aliorum spiritalem uoluntatem: deinceps non posse uinculo alienę iniquitatis obstringi: cui nulla sua uoluntate consentit; Paren[f. 65r]tes autem uel quicunque maiores filios seu quoslibet paruulos bibtizatos demoniorum sacrilegio obligare conantes: spiritualiter homicidē sunt; Nam illis quidem interfectionem non faciunt: sed quantum in ipsis est: interfectores fiunt; **M**ulta et alia et innumerabilia sunt testimonia in diuinaram scripturarum auctoritate de criminibus mortalibusque peccatis: que in presenti excemptione noster pauperculus non potuit colligere stilus; **N**imis enim. longum et arduum est etiam sapientibus et

²⁷ A nota mark added in the right margin by a modern hand.

²⁸ A notation (*Iac ... ?*) has been added in the right margin by a modern hand.

²⁹ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

³⁰ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

adprime erudissimis {eruditissimis *corr.*} uiris cuncta ueteris nouique testamenti: catholicorumque uniuersorum de hac materia colligere dicta: Quanto magis mihi omni ex parte sermone et uita in eruditissimo; Sed quia sanctę caritati tuę inoboediens ut credo apparere *non* debui. presumpsi ultra uires meas facere *quod peritia mihi non ministrat.* nec facultas tribuit. nec infirmitas permittit;

Hucusque³¹ de grauibus mortalibusque peccatis ex multis *sanctorum* scripturarum auctoribus pauca excerpta si placet sufficient: nunc *autem* dę octo principalium uitiorum origine eorumque remediis. prout auctor lucis æternę tuis *pro meritis* [f. 65v] donare dignabitur. secundum modicam capacitatis meae uirtutem ex *sanctorum* patrum opusculis testimonia huic operi adiungere procurabo;

'propheta taliter adserante ... copiosa apud eum redemptio': cf. Coll.quad. 4.5

Source (rubric) *unidentified*

Source (xxx)

Source (hæc omnino ... dei ad pænitentiam dicit) *AVG. Sermo 71 (ed. Verbraken, 87, lines 457–62)*

Source (omne prorsus ... uinculo istius inpeditur) *AVG. Sermo 71 (ed. Verbraken, 89, lines 504–511)*

Source (xxx)

Source (hucusque de ... adiungere procurabo) *unidentified*

II. DE MATERIA OCTO PRINCIPALIVM VITIORVM EORVMQVE ORIGINE SOBOLVM.

Humani generis creator et conditor *deus*. *propter* inmensam piętatis suę misericordiam uolens liberare populum suum a presentibus perpetuisque malis et ad uitam feliciter perducere felicem. Dat precepta ac salutaria monita quę agere. id obseruare debemus. unde inter cętera precepta in deuteronomio ait israheli; Cum introduxerit te *dominus deus* tuus in terram quam possessurus ingredieris. et deleuerit gentes multas coram te. et heum. et gergeseum. et amorreum. et chananeum. ferezeum. et eueum. et hiebuseum; Septem gentes multo maiores numeri quam tu es. et robustioris. tradideritque eos *dominus* tibi percuties eos usque ad internitionem; {Dt 7:1–2} Septem istę gentes septem sunt principalia uitia. quę *per gratiam dei unusquisque* spiritalis miles exsuperans exterminare. poenitus admonetur; *Quod uero* maioris numeri. esse. dicuntur. hec

³¹ A notation (a reverse pilcrow ?) has been added in the right margin by a modern hand.

ratio est. quia plura sunt [f. 66r] uitia quam uirtutes. et ideo in catalogo quidem dinumerantur septem nationes; **In** expugnatione uero earum sine numeri adscriptione ponuntur. ita enim dicitur. et deleuerit gentes multas coram te; Numerosior est. enim quam israhel carnalium passionum populus. qui de hoc septenario fomite uitiorum ac radice procedit; **D**e gastrimargia namque nascuntur commesationes. ebrietates; **D**e fornicatione. turpiloquia. securitas. ludicra. atque stultiloquia; **D**e filargiria. mendacium. fraudatio. furta. periuria. turpis lucri appetitus. falsa testimonia. uiolentię inhumanitas. ac rapacitas; **D**e ira. homicidia. clamor. indignatio; **D**e tristitia. rancor. pusillanimitas. amaritudo; **D**e accidia otiositas. somnolentia. importunitas. inquietudo. peruagatio. instabilitas. mentis et corporis. uerbositas. et curiositas; **D**e chenodoxia. contentiones. hereses. iactantia ac *presumptio nouitarum*; **D**e superbia *contemptus*. inuidia. inobedientia. blasphemia. murmuratio. detractio. aliaque quamplura similia; **Q**uecum sint multo maioris numeri quam uirtutes deuictis [f. 66v] tamen illis septem principalibus uitiis ex quorum natura ista procedunt: omnes protinus conquiescunt ac perpetua pariter cum his internitione delentur; **Q**uod autem heæ pestes ætiam robustiores sunt manifeste naturę ipsius inpugnatione sentimus; Fortius³² enim militat in membris nostris oblectatio passionum carnalium. quam studia uirtutum. que non nisi summa contritioneone {contritione corr.} cordis et corporis adquiruntur; **Q**uod uero istarum perniciosarum gentium regiones salubriter possidere precipimur. ita intellegitur; Habet enim unumquodque uitium in corde nostro propriam stationem. sed si cum israhelis populo id est. uirtutibus contra se demicantibus fuerint uitia superata. locum quem sibi in corde nostro concupiscentię uel fornicationis spiritus retentabat; deinceps castitas optinebit: quem furor cooperat: patientia. uindicabit: quem tristitia morte operante occupauerat. salutaris et plena gaudio letitia possidebit: quem accidia uastabat: incipit excolere fortitudo. quem superbia conculcabat: incipit excolere humilitas; **E**t ita singulis uitiis expulsis eorum loca. id est. affectus con[f. 67r]trarios possidebunt filii israhel: id est. animę uidentis deum; **I**llud uero quod abraham de futuris dominus loqueretur. non septem gentes legitur dinumerasse. sed decem: quarum terra semini eius danda promittitur; **Q**ui numerus adiecta idolatria gentium. blasphemia iudeorum. errore hereticorum euidentissi; {euidentissime corr.} adimpletur. quibus ante notitiam dei et gratiam baptismi uel impia gentilium uel blasphema iudeorum multitudo subiecta est: donec intellectualis egypto commoratur; **S**i autem abrenuntians quis. et egressus inde per dei gratiam ad herenum peruenerit spiritalem. de inpugnatione trium gentium liberatur. contra septem tantum

³² A nota mark added in the left margin by a modern hand.

quę per moysen dinumerantur bella suscipiet; Actenus hęc pauca de octo principalibus uicus cassiani facundissimi doctoris sunt dicta; **Queritur autem** cur cassianus et gregorius in catalogo eorundem principalium uitiorum inter se dissentiant. ita ut cassianus in eorum numero philargiriam. et accidiam adnumeret. econtra gregorius non hęc duo uitia philargiriam scilicet et accidiam in eorum ponit numero. sed inuidiam et auaritiam. inter eadem adnumerat uitia. quod cassianus nullatenus facit; Ait enim cassianus. aduersus octo principalia uitia adiuuante domino con[f. 67v]luntationem {conluctationem corr.} debemus arripere; Sunt autem hęc. primum gastrimargię uitium. quod interpretatur gule concupiscentia uel ingluuies uentris: secundum fornicationis: tertium. philargirię quod intellegitur auaritię uel ut proprius exprimatur amor pecunię: quartum. ire: quintum tristitię: sextum accidię. quod est anxietas. siue tedium cordis: septimum choenodoxia: quod interpretatur uana gloria: octauum superbia; **Beatus autem** papa gregorius. ita principalia uitia dinumerat et discribit in ordine; **Primum** superbia; **secundum** inanis gloria: tertium inuidia: quartum ira: quintum tristitia: sextum auaritia: septimum uentris ingluuies: octauum luxuria; **Soluta est.** autem ueraciter ab eruditis doctoribus ita hęc questio; **Auaritia** inquiunt quę in greco dicitur philargiria; **Vnde** et cassianus non solum eam apostolus radicem esse omnium malorum uerum etiam idolorum seruitutem pronuntiauit dicens. et auaritia quod in greco dicitur philargiria. quę est simulacrorum seruitus; {Col 3:5} Claret autem quia hi duo doctores gregorius et cassianus quamuis unus diceret philargiriam alter auaritiam. nullatenus inter se in hoc nomine discrepauerunt. quia unum est. auaritia et philargiria; **Inuidiam autem** [f. 68r] quamquam cassianus inter cætera uitia non dinumerauit. dicunt sub titulo superbię eam intellexisse. ideo quia diabolus per superbiam de cęlo cæcidisset inuidendo autem de sedibus paradisi primos homines expulsisset ob hoc unum uolunt esse morbum; **Vnde** prosper ait: in tantum unum est. malum ut nec superbis sine inuidia: nec inuidus sine superbia potest inueniri; **Accidiam autem** gregorius in supra dicta principalium uitiorum dinumeratione nil dixit. aiunt eam sub tristitię nomine intellegere uoluisse. unde et cassianus accidia quam nos inquit tedium siue ancxiętatem cordis possumus nuncupare. affinis est tristitię; **His autem** sententus {sic} manifeste probatur. quia gregorius et cassianus de octo principalibus uitiis uniformiter senserunt; **Queritur** et illud cur gregorius in ipsam uitiorum adnumerationem primum uitium superbiam ponit: et cassianus ultimum; Ipse enim dicit. licet morbus superbię octauus et ultimus sit in conflictu uitiorum atque in ordine ponatur extremus. origine tamen et temporum primus est; Item alio loco cum sit superbia posterior in ordine conflictuum origine tamen anteriorem esse omnium

peccatorum et criminum. esse. principium et cunctarum inter[f. 68v]fectricem uirtutum; Abhinc quemadmodum. ipsa octo principalia uitia eorumque soboles a beato papa gregorio in expositione beati iob posita sunt et ordinatim prefixa iuuante domino prosequamur; Ait enim uitia quippe temptantia quę inuisibili contra nos prelio repugnant. super se superbia militant. alia more ducum preeunt. alia more exercitus subsecuntur; Ipsi namque uitiorum regina superbia cum deuictum plene cor ceperit. mox illud septem principalibus uitiis quasi quibusdam suis ducibus deuastandum tradit; Quos uidelicet dicit exercitus sequitur: quia ex eis procul dubio importune uitiorum multitudines oriuntur; Quod melius ostendimus. si ipsos duces atque exercitus ut possumus enumerando proferamus; Radix quippe cuncti mali superbia est. de qua scriptura adtestante dicitur. initium omnis peccati superbia; {Sir 10:15} De hac quoque uirulenta radice septem principalium ut ait gregorius papa uitia proferuntur: scilicet inanis gloria: inuidia. ira: tristitia: auaritia: uentris ingluuies: luxuria; Nam quia his septem superbię uitiis nos captos doluit: idcirco redemptor noster ad spiritalis liberationis prelum spiritus septiformis gratię plenus uenit; [f. 69r] Sed³³ habent contra nos hęc singulę exercitum suum; Nam de inani gloria hęc oriuntur. inobedientia: iactantia: hypocrisis: contentiones: pertinacię: discordię: et nouitatum presumptiones; Oriuntur de inuidia. odium: susuratio: detractio: exultatio in aduersis proximi: afflictio autem in prosperis; Nascitur de ira: rixę. tumor mentis: contumelia: clamor: indignatio: blasphemię; Proferuntur de tristitia: malitia: rancor: pusillanimitas: desperatio: torpor circa precepta: uagatio mentis erga inlicita; Nascitur de auaritia: proditio: fraus. fallacia: periuria: inquietudo: uiolentię: et contra misericordiam obdurations. cordis; Oriuntur de uentris ingluuię: inepta letitia: scurilitas: inmunditia: multiloquium: ebitudo sensus circa intellegentiam; Propagatur de luxuria cæcitas mentis. inconsideratio: inconstantia: precipitatio: amor sui: odium dei: affectus presentis seculi horror autem uel desperatio futuri; Quia ergo septem principalia tantam de se uitiorum multitudinem proferunt cum ad cor ueniunt quasi subsequentis exercitus cateruas trahunt: ex quibus uidelicet. VII^{tem}. quinque spiralia: {sic} duoque carnalia sunt. sed unumquodque eorum tanta sibi cognitione iungitur: ut non nisi unum de altero [f. 69v] proferatur; Prima namque superbię sobolis. inanis est gloria quę dum oppressam mentem corriperit mox inuidiam gignit quia nimirum uani nominis potentia appetit. ne quis hanc alias adipisci ualeat;

Kerff: 3.2a

³³ A nota mark added in the right margin by a modern hand.

Source (*rubric*) *unidentified*

Source

III. INVIDIA QVOQVE IRAM GENERAT.

Quia quanto interno liueris {uel liuoris *gl.*} uulnere animus sauciatur. tanto etiam mansuetudo tranquillitatis ammittitur; Et quia quasi dolens membrum tangitur. idcirco opposite actionis manus uelut grauius pressa sentitur;

Kerff: 3.2b

Source (*rubric*) *unidentified*

Source

III. EX IRA QVOQVE TRISTITIA ORITVR.

Quia turbata mens quo inordinate se concutit: eo addicendo confundit. et cum dulcedinem tranquillitatis amiserit. nihil hanc nisi ex perturbatione subsequens meror pascit;

Kerff: 3.2c

Source (*rubric*) *unidentified*

Source

V. TRISTITIA QVOQVE AB AVARITIA DIRIVATVR.

Quia dum confusum cor bonum lætitię intus amiserit unde consolari debeat foras querit: et tanto magis exteriora bona adipisci desiderat. quanto gaudium non habet ad quod intrinsecus currat; Post hæc uero duo carnalia uitia: id est. uentris ingluuies et luxuria supersunt: sed cunctis liquet: quod de uentris ingluuie luxuria nascitur. dum in ipsa distributione mem[*f.* 70r]brorum: uentri genitalia subnixa uideantur. unde dum unum inordinate reficitur: aliud procul dubio ad contumelias excitatur; Bene autem duces exortari dicti sunt exercitus ululare. quia prima uitia deceptę menti quasi sub quadam ratione se inferunt. sed innumera quę secuntur dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt. quasi bestiali clamore confundunt; Sed quia hucusque de octo

principalibus uitiis pauca carpendo depropmsimus. deinceps necessarium ualde reor: ut ex multis *sanctorum patrum* opusculis latius. secundum quod dominus dare dignabitur: primum. origines et naturas eorundem tam minutus tam obscuras. inuestigemus: deinde causas et uexationes eorum. ac demum idoneas curationes eorum. ac remedia ut cepimus carpendo indagemus;

Kerff: 3.2d

Source (rubric) *unidentified*

Source

VI. DE NATVRA ET ORIGINE SVPERBIAE.

Quemadmodum uero huius morbi uirus perniciosissimum deuitemus instrui poterimus. si ruinę ipsius causas atque originem persequamur; Numquam enim curari languor. nec remedia poterunt malis ualitudinibus exhiberi:³⁴ nec³⁵ prius inquisitione sagaci origines earum inuestigentur et cause; Archangelus namque ille qui pro nimietate splendoris ac decoris sui lucifer nuncupatus [f. 70v] est. Nullo alio quam superbię uitio deiectus. est. de illa beata angelorum statione et ad inferna conlapsus; Hic namque indutus diuina claritate: et inter cæteras supernas uirtutes conditoris largitate prefulgens. splendorem sapientię et uirtutum pulchritudinem qua ornabatur gratia creatoris naturę suę potentię³⁶ non munificentę illius beneficio se credit optinere: et ob hoc elatus tamquam qui ad perseverantiam puritatis huius diuino non egeret auxilio. deo se similem iudicauit; Hæc enim sola cogitatio facta ruina est. ob quam desertus a deo beatitudinem quam dei munere frueretur amisit; Hec est. primę ruinę causa et origo principalis morbi; Omnia etenim uitiorum fomites de superbia pullularunt. testante sacra scriptura. initium omnis peccati superbia {Sir 10:15} non alicuius sed omnis peccati: quoniam non solum peccatum est ipsa ut prosper ait: sed etiam nullum peccatum fieri potest. aut potuit. uel poterit. sine ipsa; Hec³⁷ enim est natura et origo superbię. per quam inuentor superbię de cœlestibus corruit. et postmodum primos homines corruptit et omne genus humanum de immortalitate ad mortalitatem

³⁴ An X written in the right margin by a modern hand.

³⁵ nec corr. to nisi by later hand

³⁶ potentię corr. to potentia by later hand

³⁷ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

adduxit; **D**e quo dicit apostolus. per unum hominem peccatum intravit in mundum: et per peccatum mors. et ita³⁸ in omnes homines [f. 71r] pertransiit;

Kerff: 3.3

Source (rubric) *unidentified*

Source

VII. QVOD SVPERBLÆ DVO SVNT GENERA.

Duo sunt genera superbię unum quod spiritales summosque pulsat. aliud quod insipientes carnalesque conpletebitur: et licet utrumque superbię genus tam in deum quam in homines noxię inflet elatio. tamen aliud primum specialiter refertur ad deum. secundum ad homines proprie pertinet: *quia*³⁹ enim ut dictum est: duo sunt superbię genera una uidelicet superbia dicitur spiritalis. eo quod spiritales sanctosque homines pulsat. altera carnalis quę carnales in�gnat; Sed primum de spiritali superbia dicendum est: illos enim solummodo pulsare solet spiritalis superbia. qui deuictis superioribus uitiiis: iam propemodum sunt in uirtutum culmine collocati. quos quia lapsu carnali subtilissimo hostis superare non quiuit spiritali ruina deicere ac supplantare conatur: per hanc illos uniuersis ueterum stipendiorum meritis multo labore quęsitis spoliare contendens; Carnalis⁴⁰ autem superbia carnales inobedientes facit et asperos: mites atque affabiles esse non patitur. uitam eis facit sperare longeum. et ne confessionem de peccatis faciant confusionem incutit ac pudorem. ut pro suis neglegentiis obiurgari rebellent. et murmurent et quid amplius. cum miserabilem possiderint mentem ad ueram christi humilitatem descendere [f. 71v] non permittit; **D**e cuius miserrimo lapsu plura dicere curabimus. cum de eius indicis tractare cooperimus;

Kerff: 3.4

Source (rubric) *unidentified*

Source

³⁸ Two (?) letters erased after this word.

³⁹ *quia written as qc in ligature, not qa with superscript i (the scribe's usual abbreviation for this word)*

⁴⁰ A nota mark added in the right margin by a modern hand.

**VIII. QVOD TANTVM SIT MALVM SVPERBIA VT IPSVM DEVVM ADVERSARIVM
HABERE MEREATVR.**

Tantum malum est superbia. ut non angelum. non alias uirtutes sibi contrarias. sed ipsum dominum aduersarium habere mereatur. testante scriptura. deus superbis aduersatur; Et iterum. inmundus est apud deum: omnis qui exaltat cor suum; Notandum siquidem est. quod nequaquam dixerit super his qui cæteris sunt uitiis inuoluti. quod habeant sibi dominum resistentem sed solis superbis

Kerff: 3.5

Source (rubric) *unidentified*

Source

IX. QVALITER SVPERBIA SVPERBOS VEXAT.

Illis enim quos uexat superbia non oportunus est sermo: sed risus leuis. ac fatuus. effrenata atque indisciplinata cordis elatio: discipulos contra sanctos ecclesiarum dei rectores incautos reddit et elatos: sequaces suos in prosperitate facit elatos: in aduersitate desperantes et tristes: in oratione tardos: in uigiliis pigros. in elemosinarum largitate tenaces. in ieconiis auidos: in obedientia desides: in hospitalitate inhumanos: et quid amplius in omnibus bonis dishonestos. et inmisericordes reddit;

Kerff: 3.6

Source (rubric) *unidentified*

Source

X. QVIBVS INDICIIS POSSIT SVPERBIA COGNOSCI. [f. 72r]

His igitur indiciis superbia declaratur. inest primitos⁴¹ in loquela eius clamor. in⁴² taciturnitate amaritudo. excelsus et effusus in letitia. risus irrationabilis: in⁴³ serietate tristitia: in responsione rancor: {rancor corr.} facilitas in sermone. uerba passim sine ulla cordis grauitate erumpentia:

⁴¹ primitos corr. to primitus by modern hand

⁴² An X written in the left margin by a modern hand.

⁴³ An X written in the left margin by a modern hand.

expers patientia et caritas aliena: audax ad contumelias inrogandas: ad tolerandas pusillanimis: ad oboediendum difficilis: ad recipiendam exortationem in placabilis: ad resecandas uoluntates suas infirma: ad succumbendum alienis durissima: semperque suas diffinitiones statuere contendens. ipsam uero nequaquam cedere. locum dare alterius acquiescens: et ita fit ut etiam⁴⁴ capax consiliis salubris effecta in hominibus suo potius credat quam seniorum iudicio; Vnde et prosper ait. hii⁴⁵ quos superbę mentis tabes uirulenta corruperit. seniorum suorum non optemperant imperata. sed iudicant de suis neglegentiis: obiurgati aut rebellant aut murmurant. de loco superiore deceptant. preferri se melioribus affectant: suas sententias procaciter iactant: non seruant in obsequio reuerentiam; Hæc sunt superbę tumoris indicia. quibus deus offen[f. 72v]ditur et his malis diabolus pastus exultat;

Kerff: 3.7

Source (rubric) *unidentified*

Source

XI. QVOD NVLLVM VITIVM TAM DECLINAT A MANDATIS DEI QVAM SVPERBIA. ET IPSA MAGIS DOMINI PROVOCAT IRAM.

In expositione cuiusdam psalmi excellentissimus ualde doctor *sanctus hilarius pictauensis episcopus* cum dolore proclamauit dicens; **O**⁴⁶ infelix superbia quę deditur sub preceptis cœlestibus uiuere: quę mandata diuina animi infidelis tumore fastadit; Plurima sunt humanorum uitiorum crimina et diuersæ atque innumerabiles peccatorum operationes. sed nulla magis prouocandę in nos dei irę quam superbę causa est; **P**er superbiam enim plures humana contempnunt et deo obsequi spernunt; Sed licet sint preclara cetera fidei opera et in omni diuinorum preceptorum custodia deuotio immoretur: tamen subripiente superbia memoria eorum quę recte operamur abolebitur; **P**er hanc phariseus ille euangelicus dicendo non sum peccator. sicut hic publicanus {Lc 18:11} ex ingentibus⁴⁷ {scilicet magnis gl.} operibus cecidit in crimen; **A**póstolus enim paulus angelum satanę qui se colafizaret accepit ne magnitudine reuelationum

⁴⁴ An *X* written in the left margin by a modern hand.

⁴⁵ A *nota* mark, along with two characters (*th* or perhaps *t h*), have been added in the right margin by a modern hand.

⁴⁶ A *nota* mark, along with the inscription *hilarius*, have been added in the left margin by a modern hand.

⁴⁷ A note or gloss (*magnis* ?) has been added above this word; it was later erased.

extolleretur; **E**st enim superbia grauissimum uitium. per quam humana despicimus. et diuinam⁴⁹ neglegimus. ipsa pariter omnes exhaustit uirtutes. [f. 73r] ipsa hominem iustitia et sanctitate expoliat: ipsa est. interfectrix cunctarum uirtutum: ipsa est. seuissima et superioribus cunctis inmanior bestia: sine qua nullum fuit aut. est. aut esse poterit peccatum; **I**nitial omnis peccati superbia; {Sir 10:15} **Nihil enim est aliud omne peccatum nisi dei contemptus. quo eius precepta calcantur; **D**enique ipse diabolus inuentor superbię. per ipsam de cęlestibus corruit. quem *deus* fecerat sine ullo peccato; **E**t hęc est omnium malorum causa: per hanc uersutus serpens diabolus primum parentem interemit. per hanc mortem intulit mundo; **E**st enim superbia mater et regina omnium uitiorum. cuius rex est. diabolus. dicente scriptura. ipse est rex super uniuersos filios superbię;**

Kerff: 3.8

Source (rubric) *unidentified*

Source

XII. OBIECTIO VEL INCREPATIO ADVERSVS SVPERBOS. DIVERSA SVPER HOC TESTIMONIA.

Dicendum itaque est superbis: ut quid superbit terra et cinis. {Sir 10:9} et illud. *deus superbis* resistit: {1 Pt 5:5} et illud. inmundus est apud *deum* omnis qui exaltat cor suum: et illud. omnis qui se exaltat humiliabitur. {Lc 14:11} et illud. ante ruinam exaltatur *spiritus*: {Prv 16:18} et illud. *dominus* alta a longe cognoscit: {Ps 137:6} et illud. initial omnis peccati superbia; {Sir 10:15} **D**eus humilis factus est. erubescat homo esse superbis; **O**ccasio igitur perditionis nostrę facta est superbia diaboli. et argumentum redemptionis nostra.⁵⁰ est [f. 73v] inuenta est humilitas dei; **H**ostis⁵¹ enim noster inter omnia conditus uideri supra omnia uoluit elatus: redemptor autem noster magnus manens super omnia fieri inter omnia dignatus est. parvus; **E**rgo dicatur humilibus quia dum se eiciunt ad dei similitudinem ascendunt: dicatur elatis. quia dum se erigunt in apostatę angeli imitationem cadunt;

Kerff: 3.9

⁴⁸ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

⁴⁹ diuinam corr. to diuina by modern hand

⁵⁰ nostra corr. to nostre by a modern hand; an X written in the right margin by a modern hand

⁵¹ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

Source (rubric) *unidentified*

Source

XXIII. {sic} QVEMADMODVM SVPERBIAM SVPERARE POSSIMVS.

Itaque hunc nequissimi spiritus laqueum taliter poterimus euadere. si in singulis quibus senserimus nos uirtutibus proficisse. illud apostolicum dixerimus. non ego sed gratia dei mecum: et gratia dei sum quod sum: {1 Cor 15:10} et deum esse qui operatur in nobis et uelle et perficere pro bona uoluntate; {Phil 2:13} Dicente ætiam ipso auctore salutis nostræ. qui manet in me: et ego in illum. hic fert fructum multum. quia sine me nihil potestis facere. {Io 15:5} et cætera talia; Superbia enim omnium depopulatrix uirtutum per ueram potest extingui humilitatem; Ideoque uniuersitatis creator et medicus deus causam principiumque morborum superbiam esse. cognoscens contrariis sanare contraria procurauit; Vt ea scilicet que per superbiam corruerant: per humilitatem resurgerent; Diabolus namque dicit in celo consendam. {Is 14:13} Dominus dicit humiliata est. in terra [f. 74r] anima mea; {Ps 43:25} Ille dicit ero similis altissimo. {Is 14:14} dominus cum esset in forma dei exinanuit semetipsum formam serui accipiens. humiliauitque se factus oboediens usque ad mortem; {Phil 2:7–8} Ille dicit super astra dei exaltabo solium meum. {Is 14:13} iste dicit. discite a me quia mitis sum et humilis corde; {Mt 11:29} Si principalis ruinæ causam et salutis nostræ fundamenta perspeximus. a quo et qualiter uel ista facta sunt. uel illa emerserint. quemadmodum deuitare tam atrocem mortem superbie debeamus uel illius ruina uel istius docebimur exemplo;

Kerff: 3.10

Source (rubric) *unidentified*

Source

XXIV. DE REMEDIA ADVERSVS MORBVM SVPERBIÆ.

Si superbiam ferocissimam bestiam et deuoratricem cunctarum uirtutum omnimodis festinamus extinguere. nosmetipsos omnibus hominibus inferiores iudicemus et uiliores. et uniuersa que nobis fuerint inrogata. et si sint iniuriosa uel tristitia uel dampnosa. tamquam a superioribus

nostris inlata patientissime toleremus: et mente iugiter recolamus. uel domini nostri uel sanctorum eius passionem. considerantes tanto leuioribus nos iniuriis adtemptari quanto longius a meritis eorum et conuersatione distamus. pariter etiam cogitantes cito nos⁵² de hoc seculo migraturos. deinde post hęc eandem humilitatem erga dominum [f. 74v] firmissime retinemus; Quod nobis ita complebitur. ut nihil nosmetipsos absque illius opitulatione uel gratia quod ad uirtutum consummationem pertinet posse perficere cognoscamus: sed et hoc ipsum quod intelligere meruimus eius. esse. muneris in ueritate credamus; Nam et sanctus pater basilius de curatione et remedio superbię sic ait; Impossible est curari hoc uitium. nisi abstrahat se et recedat ab omnibus occasionibus elationis. sicut impossibile est extingui lingue alicuius uel gentis loquela. uel artificium aliquod. nisi quis omni genere se abstrahat. non solum ab agendo. uel loquendo. uel mouendo: sed etiam ab audiendo eos qui agunt. id quod obliuisci cupit: et hoc obseruandum de omnibus uitiis;

Kerff: 3.11

Source (rubric) unidentified

Source

XXV. DE NATVRA ET ORIGINE INANIS GLORIÆ.

Coenodoxia quam nos uanam siue inanem gloriam appellamus. multiformis. et uaria atque subtilis est. passio: ita ut quibuslibet perspicacissimis oculis non dicam caueri. sed peruideri et deprehendi uix possit; Nascitur enim ut dictum est. ex superbia; Per hoc enim uanitatis uitium diabolus de angelica est. electus beatitudine. cum diceret ero similis altissimo: {Is 14:14} et per hunc inanis glorię morbum primos homines decepit cum eis dicit. et eritis sicut dii scientes bonum et malum; {Gn 3:5} Est enim inanis gloria multiplex et multiformis. ac uaria [f. 75r] ut dictum est. passio: undique bellatori ex omni parte uictori occurrens; Nam et in habitu. et in forma. et in incessu. et in uoce. in opere. in uigiliis. in ieuniis. in oratione. in remotione. in lectione. in scientia. in taciturnitate. in oboedientia. in humilitate. in longanimitate. christianum uulnerare conatur; Per hoc uanitatis uitium decipitur. quisquis in bonis suis laudari desiderat. et non domino deo honorem et laudem et gratiarum actiones refert. nec diuinę inputat gratię. quicquid boni cogitauit. aut dixit. uel fecit. sed quasi ex se habeat quod recte cogitauit. uel dixit.

⁵² nos written n', as if nus

uel opere impleuit. seu et dignitatem et sublimitatem terreni honoris. uel spiritalis decorem sapientię. uel ex suo merito. uel ex suo studio. adquisisse gloriatur: dum nemo hominum potuit. potest. aut poterit boni quicquam absque dei gratia uel adiutorio uel inspiratione cogitare. uel dicere. uel facere. uel habere; Sicut dominus in euangelio discipulis suis ait. sine me nihil potestis facere; {Io 15:5}

Kerff: 3.12

Source (rubric) unidentified

Source

XXVI. QVA CONPARATIONE MONSTRETVR NATVRA COENODOXIAE ID EST INANIS GLORIAE.

Pulchrę seniores naturam morbi huius in modum cepę. pullorumque disribunt. quę uno decoriata tegmine alio rursum inueniuntur induita: totiesque repperiuntur [f. 75v] obiecta. quoties fuerint expoliata;

Kerff: 3.13

Source (rubric) unidentified

Source

XXVII. QVALITER VEL QVIBVS MODIS INANIS GLORIA SECTATORES SVOS PVLSAT AC VEXAT.

Non solum enim ut cætera uitia in parte carnali sed etiam in spiritali hominem pulsat. subtiliore se nequitia ingerens menti et quem *non* potest carnalibus uitiis decipere de spiritualibus bonis conatur sauciare. tantoque est perniciosior ad conflictum quanto obscurior ad caendum; Ad {sic} dextris enim et a sinistris christianum inpugnare non cessat; Ait enim sapientissimus salomon. ne deuertaris ad dexteram *uel* ad sinistram {Prv 4:27} Qui enim se de uirtutibus et operibus bonis extollunt. et inaniter blandiuntur. ad dexteram deuertuntur; Qui uero de uitiis gloriam sibi in suam confessionem conquerunt ad sinistram per elationis et inanis glorię uitium diuertuntur; Quem de specie succinctę ac nitidę uestis coenodoxia *non* potuit generare: pro squalida et inulta ac uiliore conatur inferre; Quem non potuit per honorem deicere. humilitate

subplantat; **Quem** scientię et locutionis ornatu *non* potest extollere. grauitate taciturnitatis elidit; Si iejunet palam gloria uanitatis pulsatur; Si illud contempnendę glorię causa contexerit. eodem uitio elationis obtunditur; [f. 76r] Ne uana glorię contagio maculetur orationes occultas exercet. et *quod* nullum habeat huius facti conscientium non effugit aculeos uanitatis; **Hic**⁵³ enim morbus nec eos qui in solitudine cunctorum mortalium consortia glorię causa fugierunt persequi cessat: quantoque amplius uniuersum quis dispexerit mundum tantum enim acrius persequitur et insectatur; **Alium** *quod* patientissimus sit operum ac laboris: **alium** *quod* obediendum promptissimus. **alium** *quod* humilitate cæteros preponderet conatur extollere; **Alius** scientię. alius lectionis. alius uigiliarum prolixitate temptatur; Solet autem hic uanę glorię morbus quosdam in clericali ordine constitutos propter sonum uocis extollere. eo *quod* latius psallant. aut *quod* sint forma corporis decori: aut *quod* parentes diuites ac nobiles habeant: aut *quod* sint eruditi sapientia. aut *quod* eloquentes et facundissimi in sermone: aut *quod* sint diuersis imbuti artibus et disciplinis: et *quod* amplius semper hęc uanitatis pestis ad hoc hominem tam clericum quam laicum. tam uirum quam feminam. tam senem quam iuuenem. inpugnat ut de bonis quę agit laudem ab hominibus requirat;

Kerff: 3.14

Source (rubric) *unidentified*

Source

XXVIII. QVIBVS INDICIIS POSSIT INANIS GLORIA COGNOSCI. [f. 76v]

His enim indiciis inanis gloria cognoscitur. cum quis presentibus illis qui laudare possunt. aliquid agit operis boni: nulla aut talis presente uel etiam his qui uituperare possunt segnis est. et pigrior in opere; **Si enim domino placere uellet.** semper utique et in omni loco idem. esset. atque eadem gereret. adimplens *quod* scriptum est: *per* arma iustitię a dextris et a sinistris: *per* gloriam et ignobilitem. *per* infamiam et bonam famam. ut seductores et ueraces; **Est enim uanitas inflata.** quedam circa delectationes uarias animi languentis affectio. potiendi honoris auida. simul et nescia. morbo excellentię inanis. inflata. caua. morbida. turbulentia animorum leuum domina. male fundatis omnibus blanda. repugnantibus fumea capiendis seductoria. captiuis inuicta. simulatio quedam uirtutum. appetitio dignitatum dulcis miseris. amara perfectis: cui seruiunt

⁵³ A nota mark added in the right margin by a modern hand.

tumidi. sub qua iacent elati. qui se de operibus quorum sibi consci non sunt turpiter iactant: qui se predicari ab omnibus per nefas affectant: qui sanctos uiros sui comparatione depretiant; His et similibus delinitos uanitas premit. nec eos morbum suum sentire aut⁵⁴ medicum uenire permittit; Et quid est ad medicum uenire. nisi infirmum suas infir[f. 77r]mitates cognoscere; Tantum enim homines⁵⁵ ardor humane laudis inflammat. ut laboriosa opera quę populus admiretur. et quibus fama diffunditur. sine labore suscipiant. et libenter exerceant: inde est quod iejunare. abstinere. uigilare. ecclesiam frequentare. uel psallere. cum hęc omnia sine labore non faciunt. aetiam cum delectatione faciant. ut ab hominibus quibus placere non deo desiderant uideantur; Vnde ueritas ait. amen dico uobis receperunt mercedem suam; {Mt 6:2, 5}

Kerff: 3.15

Source (rubric) *unidentified*

Source

XXIX. INCREPATIO ADVERSVS EOS QVI INANIS GLORIÆ MORBO VEXANTVR DIVERSA SVPER HOC TESTIMONA. {sic}

Egregius predictor paulus monet. nolite fieri inanis glorię cupidi; {Gal 5:26} Et dominus phariseos castigans. quomodo inquit potestis uos credere qui gloriam ab inuicem accipitis. et gloriam quę a solo deo est. non queritis? {Io 5:44} De his et beatus dauid cum interminatione dicit. quoniam deus dissipabit ossa hominum sibi placentium; {Ps 52:6} Isdem propheta docet non nostram sed domini gloriam. esse. deprecandam cum orando dicit? non nobis sed nomini tuo da gloriam; {Ps 113:9} Et paulus apostolus. qui gloriatur in domino gloriatur: {1 Cor 1:31} et illud. gratia dei sum id quod sum; {1 Cor 15:10} His autem sententiis eruditus caue. o inanis glorię cupide. ut de bonis quę agis [f. 77v] laudem ab hominibus non requiras; Firmiter aut crede. quamuis elemosinas multas facias. aut longas orationes. aut ieunia multa. aut castitatem aut uirginitatem custodias. aut qualia cumque bona facias. si propter laudes hominum agis: a deo mercedem pro his bonis nullatenus recipias;

Kerff: 3.16

Source (rubric) *unidentified*

Source

⁵⁴ ad added above the line by modern hand

⁵⁵ homines written hmes with macron over m

XXX. REMEDIA QVIBVS INANEM GLORIAM SVPERARE POSSIMVS.

Tali autem remedio hanc multiformem uariamque inanis glorię bestiam poterimus quadere si cogitemus illud dauticum eloquium. dominus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent; {Ps 52:6} Primitus nihil pro uanitatis. et inanis glorię capiendę gratia faciamus. deinde eaque bono initio fecerimus obseruatione simili custodire nitamur. ne omnes laborum nostrorum fructus. post inrepens cēnodoxię morbus euacuet; Etenim ea quę nos possunt inter cæteros nobiles reddere. ueluti solis facientibus laus apud homines sit conquirenda uidemus; Nam et ad hunc euitandum morbum necesse est. ut consideremus non solum fructus laborum nostrorum nos poenitus amissuros. quoscumque inanis glorię proposito fecerimus. sed etiam reos magni criminis factos. æterna supplicia ueluti sacrilegos soluturos: utpote. qui ad iniuriam dei opus [f. 78r] quod eius optentu nos oportuit agere; Hominum gratia maluimus exercere. ab eo qui occultorum est conscious homines deo et gloriam mundi glorię domini pretulisse conuicti; Est⁵⁶ etenim huius uitii medicina prout sanctus basilius episcopus ait: ut omnia propter deum et ex mandato eius faciamus bona. et in nullo sectemur hominum laudem; Et item alio loco. si certus sit quis de presentia dei et fixam habeat sollicitudinem deo placendi. et multo desiderio teneatur earum beatitudinum. quę a domino re promissae sunt. ab hoc uanitatis. iuuante domino poterit curari uitio;

Kerff: 3.17

Source (rubric) unidentified

Source

XXXI. DE NATVRA ET ORIGINE INVIDIAE;

Nihil magis christiano cauentum⁵⁷ est. nihil cautius prouidendum. quam ne quis inuidia et liuore capiatur. Ne quis fallentis inimici cętis laqueis implicantur; Dum⁵⁸ zelo frater in fratris odia conuertitur. gladio suo nescius ipse perimitur; Quod ut colligere plenius et manifestius

⁵⁶ A nota mark added in the right margin by a modern hand.

⁵⁷ cauentum corr. to cauendum by later hand

⁵⁸ A nota mark added in the right margin by a modern hand.

perspicere possimus. ad caput eius atque ad originem recurramus; Videamus unde inuidia et zelus et quando. et quomodo cooperit; Facilius enim a nobis malum tam perniciosum uitabitur. si eiusdem mali et origo et magnitudo noscatur; Hinc diabolus [f. 78v] inter initia stantis mundi. et perit primus. et perdidit ille angelicam maiestatem subnixus; Ille⁵⁹ deo acceptus et carus. post quam hominem ad imaginem dei factum conspexit. in zelum maliuolo liuore prorupit; Non prius alterum deiciens instinctu zeli. quam ipse zelo deiectus. captiuus antequam capiens. perditus antequam perdens. dum stimulante liuore homini gratiam datę immortalitatis eripit. ipse quoque id quod prius fuerat amisit; Exinde inuidia grassatur in terris. dum liuore peritus magisterio perditionis obsequitur. dum diabolum qui inuidet imitatur; Scriptum est. inuidia aut diaboli mors introiuit in orbem terrarum. {Sap 2:24} imitatur ergo illum qui sunt ex parte eius; Hinc paricidia nefanda cooperunt: dum abel iustum cain inuidit iniustus. et esau fratrem suum iacob inuidendo inimicus exstitit: et ioseph ab inuidis fratribus est uenditus. et saul rex inuidendo est persecutus dauid: et inde iudei perierunt dum christo malunt inuidere quam credere;

Kerff: 3.18

Source (rubric) unidentified

Source

XXXII. DE NATVRA ET ORIGINE INVIDIAE.

Nemo existimet malum istud una specie contineri. aut breuibus terminis et angusto fine concludi; Late patet zelo multiplex. et fecunda pernicies ra[f. 79r]dix est malorum omnium: fons.⁶⁰ gladium. seminarium delictorum. materia culparum; Inde odium surgit animositas inde procedit: auaritia zelus inflammatur. dum suo quisque non potest. esse. contentus: uidens alterum diciorem; Ambitionis zelo cecatur. dum cernit quis alium in honoribus al[*]tiorem; {altiorem corr.} Zelo excitante sensus nostros atque ad indictionem suam mentis archana redigente dei timor spernitur. magisterium christi neglegitur. iudicii dies non prouidetur. inflatur superbia exaceruatur se uitia. {sic} perfidia preuaricat: inpatientia. concutit: furit discordia: ira feruescit: nec⁶¹ se iam potest cohibere. uel regere qui factus est potestatis alienę; Hinc dominice pacis

⁵⁹ The word *quaere* (probably indicating that the source was unknown to the annotator) has been added to the left margin by a modern hand.

⁶⁰ An X written in the right margin by a modern hand.

⁶¹ A nota mark added in the right margin by a modern hand.

uinculum rumpitur. hinc caritas fraterna uiolatur. hinc adulteratur ueritas. unitas scinditur; **E**st enim inuidia animę tinea. quę cogitationum tabes. est. et pectoris; **I**nuidet aut in altero *uel* uirtutem eius. *uel* felicitatem id est. *uel* merita propria. *uel* beneficia a⁶² diuina; **I**n⁶³ malum proprium bona aliena conuertunt inuidi; **I**nlustrium⁶⁴ prosperitate torquentur. aliorum gloriam suam faciunt poenam; **Q**uibus cibus laetus non est nec potus iocundus; **S**uspiratur semper et ingemescitur. et doletur: dumque ab inuidis numquam liuor exponitur diebus ac noctibus [f. 79v] pectus obsessus sine intermissione laniatur. **M**ala⁶⁵ coetera habent terminum. et quodcumque delinquitur delicti consumatione finitur. inuidia terminum non habet. permanens iugiter malum et sine fine peccatum: quantoque ille cui inuidetur successu meliore proficerit tanto inuidus et maliuolus in maius incendium liuoris ignibus inardescit; **Q**uis facile potest quale sit hoc malum uerbis exprimere. quod inuidus odio homines persequitur. diuinum munus in homine cum potius amari homo debeat etiam pro sui meriti sanctitate; **T**antos inuidus habet iusta poena tortores. quantos inuidiosus habuerit laudatores; **S**i⁶⁶ quidem inuidiosum facit excellentia meriti: inuidum pena peccati; **I**nter inuidum aut et inuidiosum hoc interest quod inuidus feliciori inuidet: inuidiosus autem is est qui ab alio patitur inuidiam; **I**nuidia⁶⁷ enim semper aliena felicitate torquetur; et in duplicem scinditur passionem: cum aut ipse est in eo in quo alium esse non uult. aut alium. uidens. esse. meliorem dolet se ei non esse consimilem; **P**ulchre⁶⁸ quidam poeta de inuidia lusit dicens. iustius inuidia nihil est. quę protinus ipsum auctorem rodit excruciatque animam;⁶⁹

Kerff: 3.19

Source (rubric) *unidentified*

Source

XXXIII. [f. 80r] QVIBVS INDICIIS INVIDORVM DINOSCITVR INVIDIA.

⁶² a later cancelled by modern hand

⁶³ A nota mark added in the right margin by a modern hand.

⁶⁴ A nota mark added in the right margin by a modern hand.

⁶⁵ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

⁶⁶ A notation (. . . . inuidet ?) has been added in the left margin by a modern hand.

⁶⁷ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

⁶⁸ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

⁶⁹ animam has been corrected by a later hand, but the correction is too faint to see

Est enim inuidorum uultus minax. et toruuus aspectus: pallor in facie. in labiis. tremor. stridor in dentibus. uerba rabida. effrenata conuitia. manus ad cædis uiolentiam prompta. etiam si a gladio interim uacua. odio tamen furiatē mentis armata; **Odia inter se** inuidi abscondunt. in suos cruciatus enutriunt. proficientibus inuident: peccantibus fouent: de bonorum malis gaudent. de profectibus lugent: inimiciis gratuitis ardent. deprehendi pectoris sui malitiam timent: semper amari numquam certi: amici diaboli: inimici etiam sui: opinionem bonorum mendaciis decolorant. in spiritalibus carnalia laudant: in spiritalia bona eisdem. esse. persuadeant;

Kerff. 3.20

Source (rubric)

unidentified

Source (uultus minax ... mentis armata) CYPR. *De zelo et livore* 8 (ed. Hartel, 424, lines 8–11)

Source (odia inter se ... inimici etiam sui) IVL.POM. *De vita contemplativa* 3.9.1 (PL 59, col. 486B)

Source (opinionem bonorum ... persuadeant) IVL.POM. *De vita contemplativa* 3.9.1 (PL 59, col. 486C)

XXXIII. INCREPATIO. ADVERSVS INVIDOS.

O quicumque es inuidus et malignus uideris. quam sis eis quos odisti insidiosus. pernitiosus. infestus. nullius magis quam tuę salutis inimicus; Et quisquis ille est quem zelo persequeris. subterfugere et uitare non poterit. tu te non potes fugere; **V**bicumque fueris aduersarius tuus tecum est; **H**ostis semper in pectore est. pernicies intus inclusa est ineluctabili catenarum nexu ligatus et uinctus es; **I**nuidia enim dominante captiuus es. nec [f. 80v] solacia ulla tibi subueniunt; **P**erseuerans⁷⁰ malum. est: hominem persequi ad dei gratiam pertinentem. calamitas sine remedio est. odisse felicem; Si homo lucis esse coepisti. que sunt christi agere. quia lux et dies christus est; **Q**uid in zeli tenebras ruis: quid te nubilo liuoris inuoluis? quid inuidię cæcitate omne pacis et caritatis lumen extinguis? quid ad diabolum cui renunciaueras redis? quid cain⁷¹ similis existis? quid sub uestitu⁷² ouium lupus latitas? quid gregem christi qui christianum te mentiris infamas? christi⁷³ nomen induere et non per christi uiam pergere. quid aliud quam preuaricatio est diuini nominis. qua⁷⁴ desertio itineris salutaris? quapropter considera o. inuide in quanta cœcitate es. qui alieno profectu deficis. qui aliena exultatione contabescis. quanṭe

⁷⁰ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

⁷¹ cain] or possibly cam

⁷² uestitu appears to have been corr. to uestitus by later hand

⁷³ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

⁷⁴ qua corr. to quam by later hand

infelicitatis es qui melioratione proximi deterior existis; Perpende queso quia dum te a liuore minime custodis in antiquam uersuti hostis nequitiam cadis; Si enim aliena bona diligere uoluisses ea quasi tua propria facere potuisses;

Kerff: 3.21

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (quicumque es ... odisse felicem)</i>	<i>CYPR. De zelo et livore 9 (ed. Hartel, 425, lines 2–11). Note: the source has ‘zelo’ instead of ‘Inuidia enim’</i>
<i>Source (si homo lucis ... similis existis)</i>	<i>CYPR. De zelo et livore 10–11 (ed. Hartel, 426, lines 4–9)</i>
<i>Source (quid sub uestitu ... itineris salutaris)</i>	<i>CYPR. De zelo et livore 12 (ed. Hartel, 427, lines 4–8)</i>
<i>Source (quapropter considera ... potuisses)</i>	...

XXXV. REMEDIA ADVERSVS MORBVM INVIDIÆ.

Huius autem uitii hęc esse poterit medicina. et istius curatio morbi si diuinis meditationibus exer[f. 81r]citationibus corroboretur contra omnia diaboli iacula firma manet: et si in manibus diuina sit lectio. in sensibus dominica cogitatio. et si oratio iugis omnino non cessen. salutaris operatio perseueret spiritualibus semper actibus animus occupetur: ut quotiescumque inimicus accesserit. quoties⁷⁵ adire temptauerit. clausum aduersum se pectus inueniat et armatum; Et qui fueras inuidia et liuore possessus. omnem illam malitiam qua prius tenebaris abice; Ad uiam uitę æterne uestigiis salutaribus reformare; Euelle de pectore tuo spinas et tribulos. uenena fellis euome: discordiarum uirus exclude: purgetur mens quam serpentinus liuor infecerat; Vnde uulneratus fueras inde curare; Ama eos quos ante oderas. dilige illos quibus iniustis obtrectationibus inuidebas; Bonos imitare. si sectari potes conlætare. certe et gratulare melioribus. Fac te illis adunata dilectione participem. fac te consortio caritatis et fraternitatis uinculo coheredem: cogita eaque {sic} diuina et iusta sunt; Habes autem multa quę cogites paradysum cogita quo cain non rediit qui inuidia fratrem peremit; Cogita celeste regnum ad quod non nisi concordes atque [f. 81v] unanimes dominus mittit; Cogita quod filii dei hii soli possint uocari qui sunt pacifici. qui natuitate et lege diuina ad similitudinem dei patris et christi. respondeant adunati; Cogita sub oculis dei nos stare. spectante ac iudicante ipso conuersationis

⁷⁵ quoties corr. to quotiens by later hand

ac uitę nostrę curricula decurrere; Cogita cito nos ab hoc seculo migraturos; Si enim hęc quę dicta sunt cogitaueris et opere impleueris ab inuidię morbo deo protegente curari poteris;

Kerff: 3.22

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (huius autem ... curatio morbi)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (si diuinis ... armatum)</i>	<i>CYPR. De zelo et livore 16 (ed. Hartel, 430, lines 14–20), abbrev.</i>
<i>Source (qui fueras ... spinas et tribulos)</i>	<i>CYPR. De zelo et livore 17 (ed. Hartel, 431, lines 9–12). Note: the source has ‘zelo’ instead of ‘invidia’</i>
<i>Source (uenena fellis ... liuor infecerat)</i>	<i>CYPR. De zelo et livore 17 (ed. Hartel, 431, lines 14–15)</i>
<i>Source (unde uulneratus ... coheredem)</i>	<i>CYPR. De zelo et livore 17 (ed. Hartel, 431, lines 20–5). Note: ‘si sectari non potes’ almost certainly omitted through homoioteleuton.</i>
<i>Source (cogita eaque diuina et iusta sunt)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (habes autem ... curricula decurrere)</i>	<i>CYPR. De zelo et livore 18 (ed. Hartel, 432, lines 5–12). Note: the source has ‘zelo’ instead of ‘invidia’</i>
<i>Source (cogita cito ... curari poteris)</i>	...

XXXVI. DE NATVRA ET ORIGINE IRÆ AC FVRORIS.

Ira enim ex inuidia generatur: cum ex interno uulneris liuore animus sauciatur: et tanto mansuetudo tranquillitatis amittitur. quanto plus inuidia cuiusque mentem obsederit; Postquam diabolus propter superbiam de celi est electus beatitudine. inuidus et iratus hominem per deceptricem nequitię suę artem. de beatissimis paradisi sedibus expulit seducendo. et hęc est. natura et initium irę quę species est. furoris; Inter furorem autem et iram hęc est. differentia quia qui irascitur intra animos suos hoc uitium uoluit. sicut ex ipso indicat quod dicit. irascimini et nolite peccare: {Ps 4:5} qui uero furiit: iam plus aliquid per motum gerit; Furor enim inquit eis secundum similitudinem serpentis; Inter⁷⁶ iracundiam autem et iram [f. 82r] hoc interest. quod iracundus semper irascitur. iratus pro tempore concitatur;

Kerff: 3.23

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source</i>	

⁷⁶ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

XXXVII. QVALITER IRA VEXAT IRATOS AC FVRIBVNDOS.

Ira denique in nostris cordibus insidente. nec iudicium recte discretionis adquirere. nec honestę contemplationis intuitum: nec maturitatem consilii possidere. nec uitę participes. nec iustitię tenaces. sed ne spiritalis quidem ac ueri luminis capaces poterimus exsistere. quia turbatus est pre ira inquit oculus meus: {Ps 6:8} nec sapientię participes effici tamen etsi sapientes omnium pronuntiari opinione uideamur: quia ira in sinu insipientium requiescit; **Duplex autem non solum** apud nos: uerum etiam apud philosophos irę nomen accipitur. uel cum iniuria laccessiti naturalibus stimulis concitamur. uel cum requiescente impetu et furore restricto potest mens habere iudicium. et nihilominus super eo qui putatur lesisse desiderat ultionem; **Hoc autem** uitium irę humanitatem et clementiam et mansuetudinem aufert ab eo qui eam familiarius possidet.

Kerff: 3.24

Source (rubric) *unidentified*

Source

XXXVIII. QVIBVS INDICIIS COGNOSCITVR IRACVNDVS.

Cum miserabilem hic irę morbus obsederit mentem [f. 82v] aduersus quem commotus fuerit rancorem animi seruat; Negat⁷⁷ quidem se uerbis irasci. sed re ipsa et opere indignari grauissime conprobatur; Nam neque eum congruo sermone conpellat. nec affabilitate ei solita conloquitur. sed erit ei responsione amarus sermone durus. uultu toruus. aspectu {sic} auersus. mente turbidus. et aduersus quem iram retentat. semper paratus ad irritandum. ad exasperandum ad reprehendendum. et bona eius non recte pronuntiandum; **Hoc enim uitium mentem turbat. rectum consilium dissipat. iustitiam alienat;**

Kerff: 3.25

Source (rubric) *unidentified*

Source

⁷⁷ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

XXXVIII. INCREPATIO ADVERSVS MORBVM IRAE.

Si ad *perfectionem* tendis. et agonem *spiritalem* legitime cupis decertare. ab omni ira et furore alienus existe; Audi quid dominus noster precepit dicens. omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio; {Mt 5:22} Et paulus apostolus. omnis inquit ira et indignatio. et clamor. et blasphemia tollatur a uobis. nulla⁷⁸ cum omni malitia; {Eph 4:31} Cum dicit omnis ira tollatur a uobis. nullam penitus uoluit; Necessariam et utilem nobis excepit. de qua dicit psalmista. irascimini et nolite peccare; {Ps 4:5} Iubet nobismetipsis uitiisque nostris ac suggestionibus prauis irasci et non [f. 83r] peccare. i. {sic} ad affectum scilicet ea perducere; **Hoc autem** ire uitium caue. ne uel leuiter in corde resideat tuo; Adimit enim ubi fuerit sanctam multarum uirtutum cateruam; Ait enim scriptura. uir iracundus dishonestus est; **Et iterum.** ira in sinu insipientium requiescit: et iracundus ait. sine consilio: et uir animosus parit rixas. et uir autem iracundus effodit peccata; {Prv 15:18} et apostolus ira enim uiri iustitiam dei non operatur; {Iac 1:20}

Kerff. 3.26

Source (rubric) *unidentified*

Source

XL. DE REMEDIA QVIBVS IRAM DE CORDIBVS NOSTRIS ERADICARE POSSIMVS.

Hæc est huius morbi medicina perfecta. ut primitus credamus nullo modo siue iniustis siue iustis ex causis licere nobis irasci; Secundo. scientes nos templum spiritus sancti effici omnino non posse iracundię in nobis spiritu commorante; Postremo ut cogitemus nequaquam licere nobis orare. nec iratos fundere preces ad deum: et incertum humanę condicionis statum considerantes cotidię nos credamus e corpore migraturos: nihilque nobis continentiam castitatis. nihil ieuniorum. orationum. elemosinarum. uigiliarumque laboribus conferendum: quibus propter iracundiam solam et odium ab uniuersitatis iudice supplicia promittuntur æterna;

Kerff. 3.27

Source (rubric) *unidentified*

Source

⁷⁸ nulla cancelled by later hand

XLI. DE NATVRA ET ORIGINE TRISTITIÆ MORTIFERÆ. [f. 83v]

Ex ira quoque tristitia oritur: quia *perturbata mens* quo inordinate se concutit eo addicente confundit: et *cum dulcedinem tranquillitatis* amiserit. nihil hanc nisi ex *perturbatione subsequens* meror pascit; Non *numquam tamen* irę *precedentis uitio* subsequi. seu *concupiscentię lucruę* cuiusdam minus inepti generari tristitia solet: *cum se harum rerum quadam spe* mente concepta quis uiderit excedisse; **I**terdum uero ętiam nullis existentibus causis diabolico instinctu tanto repente merore deprimimur. ut *quicquid benigna affabilitate*: *quicquid competenti confabulatione* a *quocumque prolatum* fuerit. *importunum nobis* ac *superfluum iudicetur*. nullaque a *nobis* reddatur eis grata responsio. uniuersos cordis nostri recessus felle amaritudinis occupante;

Kerff: 3.28

Source (rubric) *unidentified*

Source

XLII. DE NATVRA ET ORIGINÆ TRISTITIÆ SALVTIFERE.

Prædictor egregius de hac tristitia ait: quę *secundum deum est*. tristitia pénitentiam ad salutem stabilem operatur; **H**ec enim aut alienum peccatum luget aut proprium. nec de hoc dolet *quod* diuina iustitia agitur. sed de eo meret *quod* humana iniuste committitur; **H**ec namque tribus generatur modis. primo *pro penitidine delictorum*: [f. 84r] secundo: *pro desiderio perfectionis*. tertio *pro temptatione future beatitudinis*; **H**is enim indiciis salutifera dinoscitur tristitia; **E**st namque oboediens habens in semetipsa omnes fructus *spiritus sancti*: quos enumerat idem apostolus. fructus aut *spiritus est caritas. gaudium. pax longanimitas. bonitas. benignitas. fides. mansuetudo. continentia*; {Gal 5:22–3} **H**ec est enim ut dictum est salubris tristitia. *secundum deum* quę pénitentiam ad salutem stabilem operatur. quę factores suos a mundanis et noxiis separat actibus et ad cæli dirigit arcem; **A**bsque ista enim omnis tristitia tamquam sæculi et quæ mortem inferat æqualiter repellenda est; **N**unc ad *propositum ordinem* irę mortiferę reuertendum est;

Kerff: 3.29

Source (rubric) *unidentified*

Source

**XLIII. QVALITER TRISTITIA MORTIFERA SECTATORES SVOS VEXAT AC
PROPVLSAT.**

Quem enim hic pestifer possidet *morbus* ab omni eum separat diuinę contemplationis intuitu. *mentemque eius* ab omni puritatis statu labefactat ac deprimit; **Non** orationes ei *cum cordis* alacritate permittit explere. non *sacrarum lectionum* sinit remedis incumbere: *tranquillum* ac *mitem esse non patitur*. et ad cuncta operationum uel religionis officia inpati[f. 84v]entem et asperum reddit: *omnique* salubri consilio perditō et cordis constantia perturbata uelut amentem facit et ebrium. sensum frangit. quę et obhorruit desperatione pænali;

Kerff: 3.30

Source (rubric) *unidentified*

Source

XLIII. INCREPATIO ADVERSVS MORBVVM MORTIFERÆ TRISTITIAE.

Hæc uero tristitia asperrima est inpatientis. dura plena rancore. et merore infructuoso. ac desperatione pænali; **Quem** uero possidet ab orationis segregat studio. a lectionis extrahit exercitio. ad sacras meditationes neglegentem reddit et desidem: ad *sancta uigiliarum* studia tardum facit et pigrum: uniuersos fructus spiritales euacuat. quos nouit illa conferre quę secundum deum est tristitia;

Kerff: 3.31 (rubric from 3.32)

Source (rubric) *unidentified*

Source

**XLV. REMEDIA QVIBVS TRISTITIAM MORTIFERAM DE CORDIBVS NOSTRIS
EXTERMINARE POSSIMVS.**

Quisquis es huic pestifere inretitus morbo: memento quia sicut tinea uestimento et uermis ligno. ita tristitia nocet cordi tuo; **Euome** igitur hoc amaritudinis uenenum; **Vt** quid enim pro amissione lucri presentis uitę tristarisi. ut quid pro inlato detimento? ut quid inrogatis iniuriis. ut quid

Michael D. Elliot, June, 2013

Collectio quadripartita, Book 3 (Bodley 718)

mortifera disperatione *pro innumerositate peccatorum tuorum* [f. 85r] sicut cain post fratricidium et iudas *post prodigionem* tristando concuteris? audi dicentem dominum. nolo mortem peccatoris. sed ut conuertatur et uiuat; {Ez 33:11} Vbi et quando in quacumque tristitia seculi contra te se erexerit. dic ore et opere. gaudens gaudebo in domino. et exultabo in deo salutari meo; {Is 61:10}

Kerff: 3.32 (rubric from 3.33)

Source (rubric) *unidentified*

Source

XLVI. REMEDIA QVIBVS TRISTITIAM MORTIFERAM DE CORDIBVS NOSTRIS EXTERMINARE POSSIMVS.

Hanc ergo perniciosissimam passionem. ita de nobis expellere poterimus. si mentem nostram spiritali meditatione iugiter occupatam futura spe et contemplatione repromissa beatitudinis erigamus. *pro æternarum rerum* intuitu semper læti atque immobiles perduranter. nec casibus deicti presentibus. nec prosperis fuerimus elati: utraque uelut caduca et mox transeuntia contemplantes; Et apostolus iacobus huius uitii medicinam nobis congruenter insinuat dicens. tristatur aliquis uestrum oret equo animo et psallat; {Iac 5:13} His enim modis uniuersa malarum tristitarianum genera opitulante domino possumus superare si uolumus;

Kerff: 3.33

Source (rubric) *unidentified*

Source

XLVII. DE NATVRA ET ORIGINE AVARITIÆ.

Auaritia quę in greco *dicitur* philargiria que est si[f. 85v]mulacrorum seruitus. apostolo dicente. radix est omnium malorum; Sic enim ait. radix omnium malorum est cupiditas. quam quidam appetentes errauerunt a fide. et inseruerunt se doloribus multis; {1 Tim 6:10} Oritur aut hæc insaturabilis pestis ex superbia. quę. est. dei contemptus; Nam angelicus ille ordo qui de cælo infeliciter cecidit. propter superbiam et auaritiam corruit: ubi et hęc insaturabilis rabies auaritia quę et cupiditas dicitur principalem sumpsit originem. Dum domino cupiuit esse similis cum diceret. ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo: {Is 14:14} quia auaritia non

solum pecunię est. sed etiam altitudinis; **P**er hanc diabolus primos homines de claustris eiecit paradisi: per hanc dominum ausum probo {ausu improbo corr.} temptauit. cum ei omnia regna mundi ostendit dicens. hęc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me; {Mt 4:9} **H**æc autem inexplebilis pernicies. ut *prosper* luculentissimus doctor ait. sine superbia inueniri non potest; **S**ic enim ait. sane cupiditas atque superbia in tantum unum est. malum. ut nec superbus sine cupiditate. nec sine superbia inueniri possit cupidus; **D**enique si quodlibet peccatum perpetrare non possum nisi meae delectationi consententiam. {consentiam corr.} quod cupidita[f. 86r]tis est proprium: et dei precepta contempnam. quod est superbię malum. quomodo non ex cupiditate que est. radix malorum omnium: {1 Tim 6:10} et ex superbia quę initium omnis peccati {Sir 10:15} dicitur procedit omne peccatum;

Kerff: 3.34

Source (rubric) *unidentified*

Source

XLVIII. QVALITER AVARITIA VEXAT AVAROS.

Auaritia enim quosdam sectatores suos uexat in adclamationem et laudem boni nominis fastu populari: quosdam de sublimitate honoris. quosdam de acquirendis rebus superfluis: nonnullos de rapiendis aliorum facultatibus: nonnullos ut propria⁷⁹ retineant inutiliter diuitias propulsat; Solet namque avarus. cogitare uel dicere. si pecunias reconditas non habuero: quid filii mei post mortem meam facient: quid si infirmitas corporis mei euenerit. quid si longa senectus longauerit? hęc et alia his similia tractantes auari: pecunias utcumque conquirentes. nummos per fas et per nefas habere desiderant. et pleno sacello delectantur; **C**urrunt enim et discurrent. nunc huc. nunc illud. {illuc corr.} negotiando. rapiendo. mentiendo. iurando. rixando; **T**unc enim putat bonum habuisse diem: quando denarium repunit {reponit corr.} avarus in archa: et ideo insatiabilis et inexplebilis per omnia turpitu[f. 86v]dinem generat lasciuieque discurrit. Ubi pęcunias reponet cuique eas credat ambiguus. deinde quid ex eis coemere.⁸⁰ qualemque commercium ualeat duplicare. cura grauiori distenditur; **C**umque⁸¹ illi et ex hoc uoto cesserit audior famis ad crescere

⁷⁹ propria corr. to proprias by later hand

⁸⁰ coemere appears to have been corr. to emere (co is underlined); an X has been added in the left margin by modern hand

⁸¹ A notation (y ?) added in the left margin by a modern hand.

uaritię. tantoque uehementior suscitatur: quanto etiam summa lucri maior adponitur; **Cum**⁸² pęcunię etenim incremento rabies cupiditatis augetur; **Sicut enim** hydropicus quanto plus bibit tanto plus sitit. ita auarus quato {sic} magis habet. tanto magis habere desiderat. nihilque aliud respicit cordis intuitu. quam unde pęcuniam parare ualeat; **Procreatrix namque omnium malorum** auaritia. quę sequaces suos ubi spes nummi aliqua potuerit refulgere. nullam fidem exhibere permittit: pro hac non mendacii non periurii. non furti facinus perhorrescit. fitque per omnia ut aliis uenter. ita auaro aurum spes lucri pro deo; **Vnde**⁸³ beatus apostolus auaritiam simulacrorum seruitutem {Col 3:5} pronuntiauit: eo quod figura dei et imagine pretermissa quam deuote seruiens deo inmaculata in semetipso debuit custodire. hominum figuras impressas auro diligere pre {sic} deo maluit et tueri; **Cunctos** [f. 87r] igitur agitat auaritia. nullum de his quietum. esse. permittit; **Hic**⁸⁴ enim qui nihil habent cupiditate torquentur; Illi qui diuitias possident sollicitudine cruciantur; Nec ipsis enim bene est. qui recondito auro incubant. immo ipsis est grauius; **Semper enim sunt** anxii. mesti. solliciti. ne hoc seruus auferat. ne fur effodiat: atque ideo retrudentes illud tenebris ita abscondunt. ut omnium subterfugiat notionem: nihil ex eo proferentes aliquando ad usum. ne apertio latebrarum sit causa prodendi; Seruant autem illud et non utuntur seruant inquam; **Custodes ergo dixerim** istos. esse. non dominus. {dominos corr.} et alienum adtendere diligenter. non proprium conuenienter expendere; **Auarus**⁸⁵ enim sollicitius seruat quam adquirit. molestius custodit quam rapuit; **Suspirat enim** uigilans adquirendo. suspirat dormiens reseruando: nec uigilię lęte. nec somnus securus. nec dies lęsus. nec nox quieta est; **Discurrit** torquetur. et gemit et quasi illi proficiat quod adquirit. qui possessionibus longe lateque diffusis in confinio alium possidere non patitur. dum terminos iungit. fines producit. calumpniatur pauperi. mediocrem premit: uicinum excludit. et omnes circum[f. 87v] circa positos infestando ac persequendo depellit. qui non adquirit nisi alias fleuerit. lucra non condit: nisi alias gemuerit; **Cui soli bonum est:** quod publicum malum est; **Dum** aut fructus seruat. aut anonam {annonam corr.} captat. aut inflat pretia: aut fenus exagerat. {exaggerat corr.} dum adquirendo lucra exquirit. num ingementium pupillorum dulcis est gemitus et uiduarum suavis est. fletus? dum preda huiusmodi pascitur: et spoliis talium delectatur. qui diues est archa non merito. possessione non genere. nomine non dignitate; **Cuius** auaritię. nec proprium sufficit nec modum

⁸² A nota mark added in the left margin by a modern hand.

⁸³ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

⁸⁴ A nota mark added in the right margin by a modern hand.

⁸⁵ A nota mark added in the right margin by a modern hand.

Michael D. Elliot, June, 2013

Collectio quadripartita, Book 3 (Bodley 718)

inponit alienum; Solet namque auaritia deuictum animum quasi ex ratione exortari cum dicit.
Ualde sine culpa est quod quaedam habenda concupiscis. quia non multiplicari appetis. sed egere
pertimescis: et quod male alius retinet ipse melius expendis;

Kerff: 3.35

Source (rubric) *unidentified*

Source

XLVIII. QVIBVS INDICIIS COGNOSCITVR AVARNIA. {sic}

Quem enim auaritia possidet magis ad forum quam ad æcclesiam properare suadet: magis
interritis oculis perspicit aurum quam cœlum. magis auro textas et olosiricas uestes considerat.
quam animę suę uirtutes: magis denarium amat: quam pauperem. magis huius uitę lucrum. quam
animę suę remedium: magis [f. 88r] aurum quam deum; Nullam enim humilitatem. nullam
oboedientiam. nullam caritatem: nullam reuerentiam: nullam uirtutem exhibet: sed indignatus ad
omnia et ad singula opera murmurat. atque suspirat: et uelut æquus durissimus ad precipitum
fertus {fertur corr.} infrenis;

Kerff: 3.36

Source (rubric) *unidentified*

Source

L. INCREPATIO ADVERSVS AVAROS DIVERSA SVPER HOC TESTIMONIA.

O quisquis es auare et cupide audi dominum in euangeliō suo dicente[s].⁸⁶ cauete ab omni
auaritia; {Lc 12:15} Et apostolum comminantem. neque auari. neque rapaces: regnum dei
possidebunt; {1 Cor 6:10} Audi et salomonem⁸⁷ dicentem. auarus non implebitur pecunia: et qui
amat diuitias fructus non capiet ex eis; {Ecl 5:9} Item auaro nihil est scelestius; {Sir 10:9} Et
item in alio loco dicit scriptura. auarus pēcuniis non implebitur; {Ecl 5:9} Pertimesce o auaræ
has diuinarum scripturarum sententias. et noli in arca cubilis terreni tuas reponere diuitias. sed
eas potius per manus pauperum. orfanorum uiduarumque in cœlestibus transmittere th̄esauris;

⁸⁶ dicentes corr. to dicentem by later hand

⁸⁷ salomonem] the a written as an 'oc' type a

Audi. o auare. o cupide paulum dicentem apostolum. auaritia nec nominetur in uobis; {Eph 5:3} Item. auaritia que est. simulacrorum seruitus; {Col 3:5} **Quam** sit hęc rabies humano generi noxia. audi adhuc ipsum [f. 88v] dicentem apostolum: qui uolunt diuites. esse. incident in temptationem. et laqueum diaboli. et desideria multa et nocua. quę mergunt homines in interitum et perditionem; {1 Tim 6:9} Audi et iacobum apostolum eius noxia uulnera aperientem. agite nunc diuites. plorate ululantes in miseriis. quę aduenerunt uobis; **Diuitię uestre putrefacte sunt.** uestimenta uestra a tineis commesta sunt. aurum et argentum uestrum eruginauit. et erugo eorum in testimonium uobis erit. et manducabit carnes uestras quasi ignis; {Iac 5:1–3} **His** sacris perterritus sententiis caue o miser auare. ne aurum retineas in arca. et peccatum in anima. ne uestes. in camera. et scelus in conscientia: ne fruges et subsidia in cellario. et miseram reserues animam in inferno cum diabolo sine fine miserabiliter cruciandam; **Da** pauperibus o auare quod habes in terra. ut inueni[ti]s {inuenias corr.} reseruatum in celo ab angelis. quod christi amore distribuisti pauperibus in terra; **Si enim** in hac uita pauperibus tuam non distribueris substantiam. post mortem aut scias te cum purpurato diuite et auaro sine misericordia in inferno cruciandum; **Nihil enim proderit**⁸⁸ si uniuersum mundum lucraueris. sicut dominus ait. et post mortem [f. 89r] detrimentum animę tuę patieris; {Mt 16:26} **Cae** ne cuiquam molestus existas: ne iniuste aliquem opprimas: ne potentibus aut pauperibus: ne uicinis aut extraneis. ne uiduis aut pupillis sua iniuste abstrahas; **Voces enim** eorum et lacrimę ad iustum et districtum iudicem deum ascendunt;

Kerff: 3.37

Source (rubric) *unidentified*

Source

LI. REMEDIA CONTRA MORBVM AVARITIÆ.

Hæc est enim medicina et curatio perfecta huius pestiferę cladis. si super omnia considerantes condicionem fragilitatis humane caueamus. ne dies domini sicut fur in nocte superueniat; **Audiamus** illud quod in euangelio diuiti dictum est. stulte. hac nocte animam tuam expertent a te. quę autem parasti cuius erunt? {Lc 12:20} qui enim ab hoc uitio sanari desiderat. sine cessatione diem mortis ante oculos præcogitet et quod post hominem in sepulchro uermis. et post uermem

⁸⁸ proderit] a later hand has corr. this word (to perderit ?)

puluis futurus sit penset: et ubi *tunc* erunt eius diuitię pertractet? **H**ęc et his similia *pertractandas* {*pertractanda sunt corr.*}⁸⁹ et sit quisque elemosinis largus. oratione *conpunctus*. timore *domini ornatus*: poenitentia feraens: caritate ardens; **A**ctenus diuina opitulante gratia de quinque *spiritibus* uitiis exiguitas nostra prout potuit ex orthodoxorum patrum opusculis succinctim huic exceptioni æ[f. 89v]terna inseruit testimonia; Nunc quoque restat ut de duobus carnalibus gula uidelicet atque luxuria. eo donante qui abstinentes castasque dilit mentes. carpendo ut coepimus *pertractemus*;

Kerff: 3.38

Source (rubric) *unidentified*

Source

LII. DE NATVRA ET ORIGINE GASTRIMARGIÆ QVÆ INTERPRETATVR VENTRIS INGLVVIES.

Excepta superbia que est. **p**rincipalis ruina et regina materque omnium uitiorum. septem sunt eius soboles. quinque uidelicet spiritualis. id est. inanis gloria. inuidia. ira. tristitia. auaritia: duo carnales uentris ingluuies. scilicet atque luxuria; **S**unt autem simul octo principalia uitia. iam de quinque uitiis cum matre sexta pariter supra disputatum est; **A**bhinc de gastrimargia et luxuria ut octonarium expleant numerum *pertractandum* est; **V**entris autem ingluuies quę et concupiscentia gulę dicitur. ubi uel quando qualiterque sumpsit originem plenius prosper insinuat dicens; **V**ideamus qualiter illi homines primi commiserint tam grande peccatum. quod et ipsos de paradiso proiecit in hoc uitę poenalis exitium et in eis originaliter totum dampnauit genus humanum; **P**rohibitum siquidem a domino fuerat quod de ligna {*ligno corr.*} scientię boni et mali ne comedenter: sed gulę uitio decepti comedenterunt; **N**isi enim comedissent [f. 90r] in perpetuo inmortales essent. si sub deo suo uiuentes preceptum quod acceperunt custodissent; **N**ec desererentur a deo. nisi deum prius ipsi desererent: et idcirco in hac erumnosam huius uitę miseriam gulę dediti atque morti traditi sunt deiecti: ubi omnis homo per peccatum nascitur. per laborem uiuit. per dolorem moritur;

Kerff: 3.39

⁸⁹ The nature of the correction is difficult to determine. The original reading seems to have been *pertractandas*; a contemporary hand (possibly the main scribe) added a macron over the final *s*, and then a comma (,) was inserted between *a* and *s*, indicating that the word should be separated there.

Source (rubric) *unidentified*

Source

LIII. QVALITER VENTRIS INGLVVIES VEXAT AC PROPVLSAT AMATORES SVOS.

Tribus enim modis uentris ingluuies suum quem possidet {*Hand C begins halfway through possidet*} hominem uexat: primo ut ante horam canonica^m et statutam gulē causa cybos potumque degustet: secundo quando tantummodo uentris ingluuię. et saturitate quarumlibet gaudet escarum. tertio quando accuratioribus et pretiosioribus cibis delectatur. quam corporis sui necessitati. aut. suę qualitatis personę congruat; Sunt⁹⁰ enim ut isidorus ait: quattuor genera distinctionum in gulē appetitu. id est. quid quando quantum et quomodo appetatur; **Quid ad rem ipsam pertinet quę appetitur:** quando si ante legitimū tempus quid appetatur: quantum uero ad immoderationem refertur: quomodo ad inpatientiam festinationis accipitur; **Gastrimargia autem id est.** uentris ingluuies quem possidet: patienter uiuere non permittit; **Nam illum** nocturnis horis frequenter de suo facit surgere lecto. et ut celeriter ad se[f. 90v]cessum festinet certatim cum magno impetu urget; **Digestio** uentris et guttur uno occupatur officio; **Nimię enim** eo tempore illum circumdant luxurioę cogitationes. quia⁹¹ ubi saturitas et ebrietas fuerint. ibi libido dominatur; **Numquam ergo ebrium castum** putabo. qui etsi in uino consopitus dormierit tamen potuit peccare per uinum; **Postquam enim** a suo misero surrexit somno discurrit huc illucque anxiando. perquirendo. quomodo. qualiter. uel quibus cibis potibusque suum iterum possit honerare uentrem; **Quacumque enim** hora a somno surrexit siue media nocte siue galli cantu. siue inlucescente die. statim dolorem capit sentit. et nimium sitim ardente[m]: et statim ut uoracissimus lupus auide potum cybumque cum omni anxiętate perquirit: et ubi inuenerit mox labia sicca. fauces amaras. pulmones inflatos. uiscera conlidentia. uorando ut gluto et gastrimargiis {sic} refrigerat;

Kerff: 3.40

Source (rubric) *unidentified*

Source

⁹⁰ A *nota* mark added in the right margin by a modern hand.

⁹¹ A *nota* mark added in the left margin by a modern hand.

**LIII. QVIBVS POSSIT INDICIIS COGNOSCI GASTRIMARGVS ID EST GVLÆ
DEDITVS.**

Quem hęc miserabilis lacerat bestia. his potest dinosci indicis. nam deliciosus semper et audius est: cibos enim lautiores et pretiosos requirit; Quantacumque ciborum fercula ante se posita uiderit. ut de omnibus sumere [f. 91r] possit pertractat: tempus et horam edendi sollicite per horologia anxius inuestigat. sepiusque egreditur. et ingreditur⁹² cellam ac solem uelut ad occasum tardius properantem crebrius intuetur; Si autem disputationem aliquam audierit de abstinentia et ieunio aurem auertit. aliunde fabulas sumit et ut citius potest illo de loco fugit. et quibuscumque potest ingeniiis hoc illucque peruolat. inquirendo unde sibi diuersos cibos poculaque conficiat. et ut solus hos percipiat. horam expectet secretam;

Kerff. 3.41

Source (rubric) unidentified

Source

LV. INCREPATIO ADVERSVS GVLE DEDITOS.

Aduersus uos o gastrimargi et gulosi diuina per euangelium intonat sententia dicens. adtendite ne grauentur corda uestra in crapula et ebrietate. {Lc 21:34} et paulus aduersus uos clamat apostolus. esca uentri et uenter escis. deus autem et hunc et hęc destruet; {1 Cor 6:13} Nam et de uobis idem apostolus dicit. quorum deus uenter est quorum finis interitus. et gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt; {Phil 3:19} Considerate quia sodomitę non uini crapula sed saturitate panis submersi sunt; Audite dominum per prophetam hierusalem increpantem: quid enim peccauit soror tua sodoma nisi quia panem suum in saturitate et habundantia comedebat? Pensate igitur si sodomitę dolosa nimietate [f. 91v] panis corruerunt. quid facient illi qui sano corpore carnium ac uini perceptionem immoderata libertate presumunt. non quantum expetit inbecillitas. sed quantum animi libido suggesserit usurpantes; Audite pariter o gule dediti. o ebriosi. et uinolenti. quam uehementer arguuntur. commessatio et sumptuosa conuiua per prophetam: ita ut comminetur dominus se non dimissurum hanc iniquitatem his qui eam libenter ambiant; **Dicit enim per isaiam.** ecce gaudium et letitia occidere uitulos et iugulare arietes. comedere carnes et

⁹² A *nota* mark added in the right margin by a modern hand.

bibere uinum. si dimittetur iniquitas hęc uobis donec moriamini; {Is 22:13} *Sicut omnes carnales cupiditates abstinentia resecantur.* ita omnes animę uirtutes ἐδαcitatis uitio destruuntur; **Inde est quod idem propheta dicit.** princeps coquorum destruxit muros hierusalem. quia et uenter cui seruitur a coquis uirtutes animę destruit; *Quapropter audiunt {audiant corr.}* ἐbriosi. Nolite inebriari uino in quo est luxuria; {Eph 5:18} *Audiant*⁹³ et illud propheticum. fornicatio et ἐbrietas auferet cor: {Os 4:11} ἐbrietas *sicut* in loth sensum ratione captiuat; *Audiant* hi qui multum bibunt et non inebriantur. uę qui potentes estis ad bibendum uinum et uiri fortes ad miscendam ἐbrietatem; {Is 5:22} *Audiant* uino multo dediti et luxuriose uiuentes. per isaiam prophetam. Uę qui consurgitis a mane ad ἐbrietatem sectandam et potandum usque [f. 92r] ad uesperum ut uino estuetis; {Is 5:11} *Audiant* gulosi. audiant ἐbriosi. apostolum paulum dicentem: non in commesationibus et ἐbrietatibus {Rm 13:13} et iterum; **Esca nos non commendat deo** {1 Cor 8:8} *Quapropter ammonendi sunt* gulę dediti: ne in eo quod escarum delectationi incumbunt. luxuriose⁹⁴ mucrone transfigant; **Quanta sibi per** ἐsum loquacitas quanta mentis leuitas insidietur aspiciant. ne dum uentre molliter seruiunt uitiorum laqueis crudeliter astringantur;

Kerff: 3.42

Source (rubric) *unidentified*

Source

LVI. REMEDIA CONTRA MORBVM GASTRIMARGIÆ ID EST VENTRIS INGLVVIES.

Qui autem hoc uitium plene superare desiderat. non solum in sumendis dapibus parsimoniam teneat. ut scilicet refectionem semper esuries temperet: uerum etiam accurationes simul et suaiores ἐpulas. excepta corporis infirmitate et hospitum susceptione contempnat: et non solum mentem et corpus suum constringat ieuniis. uerum etiam uigiliis lectioni quoque et crebra conpunctione cordis. ubertate quoque lacrimarum. et oratione assidua. seu et elemosinarum largitate. nec non et assiduitate cuiuslibet boni operis. mentemque suam contemplationi diuinę defigat; **Amore uirtutum** potius et pulchritudine cęlestium delectetur: et ita uelut caduca dispiciat. uniuersa presentia; **Nam et contra illam triplicem** inpugnationem. quę in huius uni uexatione

⁹³ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

⁹⁴ luxuriose corr. to luxurie se by later hand

superius [f. 92v] descripta est. triplicem obseruantiam necesse est custodire: id est ut primum legitimū tempus et horam absolutionis et refectionis expectet: secundo ut absque summa necessitate corporis ut supra dictum est dilicias sibi epulas preparare non iubeat: tertio ut qualibuscumque escis uilioribusque contentus sit;

Kerff: 3.43

Source (rubric) *unidentified*

Source

LVII. DE NATVRA ET ORIGINE LVXVRIÆ AC FORNICATIONIS.

Ex quo etiam hic inmundissimus spiritus luxurię atque fornicationis oritur uoce dominica declaratur; **D**e corde inquit exeunt cogitationes male. homicidia. adulteria. fornicationes. furta. falsa testimonia et cætera; {Mt 15:19} **H**ic enim fornicationis infestissimus morbus cum a primo tempore pubertatis inpugnare incipiat humanum genus: non nisi prius cetera uitia superentur extinguitur; Oritur etenim luxuria ex uitio superbię. exemplo primi hominis: qui mox ut per superbiam tumuit contra deum. statim carnis sensit libidinem et pudenda operuit; **I**nter cetera septem uitia quę mater uitiorum superbia generat fornicatio maximi est sceleris: quia per carnis inmunditiam templum dei uiolat. et tollens membra christi facit membra meretricis; **D**iuersa sunt autem fornicationis genera. est autem fornicatio carnalis in qua fit corporis inquinatio. est et spiritalis in qua non corpus polluitur sed mens inquinatur. **D**e qua dominus ait. qui [f. 93r] uiderit mulierem ad concupiscendum eam. iam mechatus est.⁹⁵ in corde suo; {Mt 5:28} **O**mnis etenim inmunda pollutio fornicatio. dicitur: quamuis quisque diuersa turpitudinis uoluptate prostituatur. ex delectatione enim fornicandi uaria gignuntur flagitia. quibus regnum dei clauditur. et homo a deo separatur; **V**nde et in ueteri lege de nefandis criminibus quę in occulto fiunt et ea nominare turpissimum est. ne et dicentis os. et aures audientium polluentur. generaliter autem scriptura complexa est. dicens. Uerecundos uel reuerentes facite filios israhel ab omni inmunditia; **D**e qua et paulus apostolus loquitur. fornicatio autem et omnis inmunditia. aut auaritia nec nominetur in uobis. sicut decet sanctos; {Eph 5:3} Nam et per prophetam in locis plurimis inuenimus idolatriam. fornicationem appellatam: ut illud. fornicabantur inquit post idola sua: {Ez 6:9} et spiritu fornicationis seducti sunt; {Os 4:12}

⁹⁵ eam added by modern hand; an X written in the right margin by a modern hand

*Kerff: 3.44**Source (rubric) unidentified**Source***LVIII. QVALITER LVXVRIA VEXAT LVXVRIOSOS.**

Plerumque hi quos hęc inmundissima uexat passio. turpes et luxuriosos proferunt sermones. et nimio libidinis ardore succensi ad speciosas mulierum formas petulantes ingerunt oculos. et anxii huc illucque sollicitando currentes. quomodo. et ubi. qualiterque etiam in nefandissimis criminibus quod nimis turpe est dicere. [f. 93v] suam inmundissimam possint explere libidinem; Nam et ideo sepe pretiosis induuntur uestibus. ut amari possint ab his quos in sua miseria cupiunt participes habere; et⁹⁶ qualicumque diabolico stibio et ornatu possunt suas decolorant facies;

*Kerff: 3.45**Source (rubric) unidentified**Source***LVIII. QVIBVS POSSIT INDICIIS COGNOSCI LVXVRIOSVS.**

Quibus est enim uita luxuriosa et in pudica frequenter uerba uana et falsa⁹⁷ atque luxuriosa loquuntur: uagari oculos per formas inlicitas et speciosas mittunt: pompatico et inlecebroso gressu incidunt: lasciuiam diligunt: libidinem amant: cupiditatem adplaudunt: uerba multiplicant. gulę concupiscentias sectantur: æbriætatem diligunt: lites et iras non deuitant: auaritiam et philargiriam non refrenant: otiositatem amant: bonis moribus non delectantur: inter eos qui de castitate et continentia loquuntur tacent: scripturas diuinias de uita pudica fastidiunt: habitum ordinatum propositumque conuenientem tam capillorum quam uestium sicut decet non habent: omnem inmunditiam non deuitant sed amant;

*Kerff: 3.46**Source (rubric) unidentified**Source*

⁹⁶ A nota mark added in the left margin by a modern hand.

⁹⁷ falsa corr. from salsa ?

LX. INCREPATIO ADVERSVS LVXVRIOSOS ET FORNICATORES.

Audiant luxuriosi qui carnalem sectantur inuidiam. {uel inmunditiam gl.} paulum apostolum terribiliter comminantem. Neque fornicatores inquit. neque idolis seruientes. neque moles. neque masculorum concubitores. neque fures. [f. 94r] neque auari. neque ebriosi. neque maledici. neque rapaces. regnum dei possidebunt; {1 Cor 6:9–10} Et rursum. fornicatores et adulteros iudicabit deus. {Hbr 13:4} et rursum. idem apostolus ait. fugite fornicationem fratres. quodcumque enim peccatum fecerit homo extra corpus *est qui autem fornicator in corpus suum peccat*; {1 Cor 6:18} Audiant et hi qui spiritalem sectantur luxuriam. id. est. qui in corde libidini⁹⁸ consentiunt et ad opus concubitę⁹⁹ libidinis non pertranseunt: qui uiderit inquit dominus mulierem ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam in corde suo; {Mt 5:28} et per beatum iob dicitur. pepigi foedus cum oculis meis. ut ne cogitarem quidem de uirgine: quam enim partem haberet deus in me desuper et hereditatem omnipotens de excelsis; {Iob 31:1–2} Nisi enim auctori nostro cogitatio proui consensus displiceret nequaquam per isaiam diceret. auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis; {Is 1:16} et {in add. sup. lin.} euangelio phariseis. quid cogitatis malum in cordibus uestris; {Mt 9:4} Ex corde enim primum fornicationes sunt auferrendę et non prorumpunt in opere; Hinc est quod per prophetam dicitur. Accingite lumbos uestrros super ubera uestra. {Is 32:11–12} hoc est. in corde libidines resecate. quę ad lumbos pertinent; Nam cor super ubera est. non in lumbis; Audiant et hii qui sectantur inmunditiam: id est. qui non grande puntant {sic} esse facinus. quod sine concubitu maris et feminę in diuersis diabolicis prostitutionibus suam prouocant libidinem; [f. 94v] Apostolum inquit paulum audiant dicentem. neque inmundi. regnum dei possidebunt; {1 Cor 6:10} et rursum. fornicatio et omnis inmunditia nec nominetur in uobis; {Eph 5:3} Non enim diceret omnem inmunditiam nisi diuersis ex modis in fluxu seminis fieret sordidissima titillatio carnis; Audiant paulum apostolum dicentem. Omnis pariter adulteri. luxuriosi. fornicatores. incesti. stupratores. inmundi. molles. masculorum concubitores. Non enim inquit uocauit nos deus. in ignominiam. sed in sanctimoniam. itaque qui hęc spernit. non hominem spernit sed deum. qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis; Et illud. hęc est inquit uoluntas dei sanctificatio uestra. ut abstineatis uos a fornicatione. ut sciat

⁹⁸ libidini corr. from libidinum ?

⁹⁹ concubitę corr. to concupitę ?

unusquisque uestrum uas suum possidere in honore et sanctificatione non in passione desiderii sicut et gentes quę ignorant deum; {1 Th 4:3–5} Et illud in epistola ad ἑbreos: pacem inquit sectamini et *sanctimoniam* sine qua nemo uidebit deum; {Hbr 12:14} **Hic quoque** euidenter sine *sanctimonia*. quam solet *integritatem mentis uel puritatem corporis* appellare pronuntiauit. *deum* penitus uidere *non posse*; Si quidem et hic similiter infert eundem sensum explanans. ne quis fornicator. aut *profanus* ut esau; Audiant hii qui *non carnis corruptione sed cordis delinquunt.* sententiam *sancti basilii cesariensis episcopi*. mulierem inquit ignoro. et uirgo *non sum*; **Vbi intellegitur.** non tam in mu[f. 95r]lieribus esse continentiam. quam¹⁰⁰ integritate cordis. unde et agustinus *episcopus*. uirginitas inquit carnis corpus intactum. uirginitas anime fides incorrupta;

Kerff. 3.47

Source (rubric) *unidentified*

Source

LXI. DE REMEDIO CONTRA BORBVM {MORBVM corr.} LVXVRIÆ AC FORNICATIONIS OMNIVMQVE INMVNDORVM ET NEFANDORVM CRIMINVM.

Duplex namque obpugnatio est. fornicationis atque luxuriæ: gemino armata uitio consurgens ad proelium. et idcirco similiter ei gemina est. resistendum acie; Si quidem ut morbum carnis animęque concretum uirus adquirit. ita nisi utrisque pariter dimicantibus nequit debellari; Nec enim sufficit ei qui ab hoc inmundissimo uitio desiderat sanari solum corporale ieunium: nisi precedat contritio *spiritus* et oratio. et continua *sanctorum scripturarum* meditatio; Sed et spiritalis intelligentia et scientia ad expurgationem huius inpurissime passionis plurimum prodest; Labor etiam opusque manuum ad huius uitii refrenationem optimę adiuuat. et ante omnia humilitas uera: sine qua nullius uitii pēnitus poterit umquam triumphus adquiri; Summo etenim studio ad excoctionem istius morbi parsimonia ieuniorum sectanda est. ne escarum habundantia refecta caro rectorem suum spiritum deiciat; **Hic enim** morbus corporis afflictione et contritione cordis. solitudine quoque ac remotione [f. 95v] indiget. ut possit ad integrum sanitatis statum perniciosa estuum febri deposita peruenire; Valde enim noxiū est in oculorum fornicatorum optutibus speciosas habere formas. et non solum speciosas. uerum etiam qualescumque ubi fornicatio aut fornicationis suspicio esse potest; **Dauid enim sanctus** et

¹⁰⁰ in added above the line by later hand

secundum cor domini electus bersabe¹⁰¹ captus est nuditate. quapropter adulterio iunxit homicidium; Salomon enim quia noluit recedere a mulieribus recessit a domino; Et ne aliquis de sanguinis propinquitate confidat. per inlicitum tamar sororis ammon frater exarsit incendium; Ualde enim prodest ad extinguendum fornicationis ardorem. longe recedere ab his. quorum aspectus nos pertrahere et prouocare potest ad incitamentum libidinis; Illud enim primitus expiandum est. Unde fons uitę mortisque manare cognoscitur. dicente salomone. Omni custodia serua cor tuum; {Prv 4:23} Exinde enim procedunt cogitationes luxuriosę. dicente domino. de corde enim exeunt cogitationes male. homicidia. adulteria. fornicationes. et cætera; {Mt 15:19} Sed et qui pleniter uult suggestionem huius diabolice calliditatis extinguere. primum recordationem omnium seminarum de corde suo expellere festinet: earumque consortium quibuscumque congruis modis potest effugiat; Vnde¹⁰² et beatissimus antistes ambrosius inter cætera ait. Si intraueris in castellum: ne appropinques [f. 96r] mulieribus et {scilicet ne gl.} demoreris in sermonibus apud illam; Quomodo enim si quis deglutiat hamum. sic adtrahitur anima tua; Nam et optime iuuat ad extinguendam¹⁰³ fornicationis flamma.¹⁰⁴ recordatio perpetue dampnationis. ignisque æterni: et preteritorum rememoratio scelerum. seu et premeditatio mortis diesque tremens futuri iudicii. sed et pro absolutione preteritorum delictorum. et pro adipiscenda perpetua mentis et corporis puritate. multum adiuuat. elemosinarum pia largitio; Et quod maius est hunc inmundissimum fornicationis spiritum omni mentis intentione non nostris uiribus confidentes credamus nos expurgare posse: hoc enim perficere industria humana non preualet. sed oppitulatio et misericordia domini; Nec labore et studio proprio uictoram optinere nos posse credamus: nisi deum¹⁰⁵ fuerimus auxilio et protectione suffulti; Impossibile est. enim hominem ita ut dixerim suis pennis ad tam precelsum cœlestequē premium subuolare. nisi eum gratia dei de terre luto uel coeno. munere castitatis eduxerit; Quapropter ut cuncta huius morbi remedia breuiter replicem: oportet eum qui ab hac pestifera ualitudine uult curari: inprimitus indesinenter nocturnis et diuturnis precibus a domino se postulet purgari: uigiliisque lectionibus sacris. scripturarum meditationibus: conpunctione scilicet contritione cordis. et corporis [f. 96v] remotione manuum operatione. atque indefesso ieunio peruigilet; Hucusque eo ordine quo sancti ecclesiarum dei doctores octo principalia uitia descripserunt: prout exiguitas sensus nostri

¹⁰¹ bersabe corr. to bersabee by later hand

¹⁰² A nota mark, along with the inscription *ambrosius*, have been added in the left margin by a modern hand.

¹⁰³ extinguendam corr. from extinguendum?

¹⁰⁴ flamma corr. to flamمام by later hand

¹⁰⁵ deum corr. to domini by modern hand

potuit largiente domino ex diuersorum patrum ędictis. de origine. uexatione. indicii.
 increpationibus. remediisque eorundem uitiorum pauca excerptsimus testimonia; Nunc quoque
 restat ut secundum traditionem sanctorum patrum egyptiorum. orientaliumque eadem uitia.
 eorumque ordinem ut bonorum omnium auctor dare dignabitur. breuiter carpendo persequamur;

Kerff: 3.48

Source (rubric) *unidentified*

Source

XLI. {sic} DE GAS[I]TRIMARGIA {GASTRIMARGIA corr.} CETERVMQVE PRINCIPALIVM VITIORVM RECAPITVLATIO.

Gastrimargia grecę. latine concupiscentia gulę siue ingluuies uentris dicitur; Est enim primum.
 corporale peccatum. per quod primi homines ejecti sunt de paradiso. et per quod ęsau
 primogenita sua uendidit concupiscendo lenticulam; Hoc enim uitium tribus modis regnare
 uidetur in homine. id est dum homo non necessitate sed gulę concupiscentia anticipare cupit
 statutam refectionis horam. secundo quando tantummodo uentris ingluwie et saturitate quibus
 qualibus escis suum honerare desiderat uentrem: tertio quando pretiosioribus accuratiobusque
 oblectatur epulis; Contra hanc triformem rabiem. triformis adhibenda est curatio: id est ut
 primum expectet tempus refectionis legitimū; [f. 97r] Tempus enim christiani hominis
 legitimū refectionis nisi pro corporis infirmitate horam diei tertiam auctoritate canonica non est
 statutum sed prohibitum; Secundo ut ętiam ipsis uilioribus cibis non pro desiderio sed necessitate
 et sustentatione corporis sumat; Ipse enim aque ubique uilissime si pro desiderio gulę et non pro
 necessitate corporis assumantur peccatum gastrimargię ex diuinis scripturarum testimoniis esse
 cognoscitur; Tertio ut qualibuscumque escis uilioribusque contentus sit; Sed et per orationem.
 ieinium. abstinentiam. assiduitatemque quorumlibet operum bonorum. hoc miserrimum
 superatur uitium;

Kerff: 3.49

Source (rubric) *unidentified*

Source

XLIII. DE FORNICATIONE.

Fornicatio est omnis inmunda pollutio; Prima fornicationis oculorum tela sunt. secunda uerborum; Sunt autem principalia genera fornicationis duo: primum in qua fit per commixtionem carnis. siue cum femina uel etiam alia quacumque inmunditia ad explendum libidinis ardorem. hec autem carnalis dicitur fornicatio; Secunda autem spiritalis dicitur fornicatio. quę sola concupiscentia et desiderio perpetratur. de qua dominus dicit. qui uiderit mulierem. ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam in corde suo {Mt 5:28} Hæc autem huius inpurissimę passionis perfecta curatio est. ut subtrahat se modis omnibus ab eorum consortio. et uisu: ubi hec latitat miserrima passio. et cum oratione assidua. lectione [f. 97v] creberrima. uigiliisque continuis. recordationem ignis æterni ac timorem presentię dei diemque mortis absque ulla intermissione pertimescat: et ieunia esuriemque diligit: et saturitatem uentris refugiat; Pulchre sanctus ambrosius episcopus ut peritissimus medicus cuidam dedit consilium dicens statue in pondere panem tuum. et bibe in mensura aquam tuam. et spiritus fornicationis fugiet a te;

Kerff: 3.50

Source (rubric) unidentified

Source

XLIII. DE PHILARGIRIA.

Philargiria quę interpretatur auaritia siue amor pecunię. omnium criminum materia est; Vnde et apostolus ait. radix omnium malorum est cupiditas; {1 Tim 6:10} Omni peccato peior est auaritia et amur {sic} pecuniarum; Vnde et per salomonem dicitur. nihil est scelestius quam amare pecuniam; {Sir 10:9} Hic enim animam suam uenalem facit. quoniam in uita sua proiecit intima sua; Est enim philargiria pestis insaturabilis. ut ait quidam. semper inquit auarus eget. quia quanto magis adquirit. tanto amplius querit; Nec solum desiderio augendi excruciat. sed etiam amitendi metu afficitur; Fit enim hec insatiabilis bestia in acquirendo. habendo. tenendo. et sicut hydropicus qui quanto plus bibit tanto plus sitit. Sic et hec passio ut dictum est. quanto plus habet tanto plus desiderat; Quamuis omni humano generi sit inimica hec passio. maxime autem monachis omnibusque clericis diuinis consecratis officiis. perniciosissima est. inpugnat

enim eos tripliciter. primo facit eos uelle adquirere eaque nec antea quidem possiderant. sicut fecit giezi discipulum sancti elisei. unde æterna lepra sancti elisei maledictione perfunditur; Secundo facit eos resumere pecunias. ut iudam proditorem domini. quas antea christum secutus abiecerat; Tertio facit eos aliquam reseruare partem. cum de diuitiis seculi ad paupertatem transeunt. ut annaniam et saphiram. pro quo una cum eis apostolico ore morte multantur; Hęc igitur huius uitii perfecta curatio est. si illud apostolicum recordetur dictum: habentes inquit uiustum et uestitum his contempti simus. {1 Tim 6:8} et illud quod in euangelio diuini dictum est: stulte ac nocte animam tuam expetent a te. quę autem parasti cuius erunt? {Lc 12:20} sed assiduus dei timor. et recordatio preteritorum scelerum. et fraterna caritas. et opera misericordię. elemosinarumque pia largitio. spesque futurę beatitudinis. et oratio cum cordis conpunctione assidua. hanc serpentinam et uirulentam mortificant passionem;

Kerff: 3.51

Source (rubric) *unidentified*

Source

XLV. DE IRA.

Irae duo sunt genera. unum salutiferum alterum mortiferum; ira salutaris est. quando homo contra propria irascitur peccata. et contra seipsum indignatur dum male agit. et contra lascivientes cordis sui motus indignanter infremit. et eaque agere turpe est. coram omnibus uel proloqui in latebras ascen[f. 98v]disse sui pectoris indignatur. angelorum scilicet ac dei ipsius presentiam cui nulla latent secreta pertimescens; Taliter nos irasci etiam ille propheta docet. qui dicit. irascimini et nolite peccare. {Ps 4:5} id est. irascimini uestris uitii. ac suggestionibus prauis: et nolite peccare: id est prauas et malas cogitationes uestras ac suggestiones ad affectum et opus malum non perducere; Ille etenim cum aquam de cisterna beatlematica concupisset. eamque sibi allatam. iratus contra cupiditatis suę desideria. statim fudit eam in terram dicens. propitius sit mihi dominus. non faciam hoc; {1 Rg 24:7} Num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt et animarum periculum bibam? {2 Sm 23:17} Alia est enim ira mortifera quę multa generat mala. hęc enim si corde insidet oculum mentis noxiis tenebris obcecat. nec iudicium rectę discretionis adquirere. nec honeste contemplationis intuitum. nec maturitatem consilii possidere permittit: nec uite participes. nec iustitię tenaces. nec ueri luminis capaces poterunt existere morbo huic inretiti;

Fit autem hęc ira aliquando propria amaritudine: aliquando alterius prouocatione. aliquando diabolico instinctu; Hæc autem ira mentem turbat. rectum consilium perdit. quę si ratione non regitur in furorem uertitur. ita ut homo si animi inpotens sit faciens quę non conuenit; Cuius morbi hęc erit medicina perfecta. ut primitus credamus nullo modo siue iniustis siue iustis ex [f. 99r] causis licere nobis irasci. dicente apostolo. omnis ira et indignatio tollatur a uobis; {Eph 4:31} Nullam penitus reliquid huius generis iram. sed et per patientiam. et mansuetudinem. ac longanimitatem. et per ueram cordis conpunctionem. et per rationem intellectualem. quam deus inserit mentibus humanis. et per timorem huius euangelici dicti. omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. {Mt 5:22} et per recordationem orationis dominicę. ubi deo dicitur. dimitte nobis debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. {Mt 6:12} optime uincitur;

Kerff: 3.52

Source (rubric) *unidentified*

Source

XLVI. DE TRISTITIA.

Duo sunt genera tristitię. Unum secundum deum: alterum secundum seculum; Illa quę secundum deum tristitia est. salutifera est: illa quę secundum seculum mortifera; Secundum deum est tristitia: cum pro mandati neglegentia uel preuaricatione tristamur. secundum quod scriptum est. tristitia tenuit me pro peccatoribus derelictibus legem tuam; Fit uero hęc tristitia modis tribus: primo pro penitidine delictorum: secundo pro desiderio profectionis: tertio pro contemplatione futurę beatitudinis; De qua et beatus paulus apostolus quę secundum deum est inquit tristitia penitentiam ad salutem stabilem operatur; Seculi autem tristitia est. quę mortem operatur. {2 Cor 7:10} cum aliquis de rebus humanis quę ad seculum pertinent contristatur; Hæc miserabilis passio in bono opere nihil proficere ualet; Hæc animum turbat. et sepe perniciosissimam disperationem [f. 99v] animę init delinquenti. et bonorum futurorum spem abstrahit; Fit autem hęc seculi tristitia modis. VI: aliquando ex precedente ira descendit: aliquando pro amissione lucri. aliquando pro detrimento inlato aduenit: aliquando pro inrogatis generatur iniuriis. aliquando de inrationabili mentis confusione procedit. aliquando mortali desperatione pro scelerum magnitudine nascitur; Quę omnia tristitiarum genera uincuntur per spiritalem lętitiam et meditationem. et per bonorum spem futurorum. et per sanctarum

Michael D. Elliot, June, 2013

Collectio quadripartita, Book 3 (Bodley 718)

consolationem scripturarum. seu et per fraternum in spiritali iocunditate conloquium.

sanctorumque operum exercituum;

Kerff: 3.53

Source (rubric) unidentified

Source

XLVII. DE ACCIDIA.

Accidia grece. latine *tedium* siue *anxietas cordis. uel* etiam *otiositas dicitur; Affinis* hec *tristitia* est *execat enim mentem accidia ab omni contemplatione uirtutum. et ab uniuerso intuitu spiritalium sensuum facit animam dormitare: sicut beatus dauid eliganter expressit. dormitauit inquiens anima mea pre tedio. {Ps 118:28} id est. pre accidia proprietatis non corpus dixit sed animam dormitasse; Fit enim aliquando in mente: aliquando corpore. aliquando mente simul et corpore; **Omnibus enim modis deo famulantibus multum nocere probatur.** dum ab omni acti spiritali redduntur otiosi ac uacui; **Hoc autem uitium sancti ecclesiarum dei doctores inter octo uitia principalia non adnumerauerunt:** sed sub tristitię titulo eum posuerunt: et in catalogo predictorum ui[f. 100r]tiorum accidiam subtraxerunt. ut eadem uitia octo fierent inuidiam posuerunt; Sed econtra sancti patres egyptii et palestini orientaliumque regionum qui institutiones et correctiones monachorum maxime descripserunt. in adnotatione principalium uitiorum inuidiam recte superbię titulo ordinauerunt. Accidiam uero unum ex octo principalibus uitiis esse adfirmauerunt. ob hoc uidelicet quia monachis ac solitariis magis experta est. hec passio. et in heremo conuersantibus inferior hostis ac frequens; Sed quia in prima eorundem principalium uitiorum discriptione de accidia nil tetigimus. restat quoque de origine et uexatione indicisque et increpationibus remediisque illius sicut et de ceteris principalibus uitiis excerptsimus. adiuuante domino ex sanctorum patrum opusculis breuiter congrua carpamus testimonia;*

Kerff: 3.54

Source (rubric) unidentified

Source

XLVIII. DE NATVRA ET ORIGINE ACCIDIÆ.

Oritur autem accidię spiritus ex intermissione et neglegentia boni artificis. nec non et ex lectionis orationisque tarditate. seu et ex huius seculi tristitia ac ex asperatione atque contemptu diuinorum et spiritalium preceptorum;

Kerff: 3.55

Source (rubric) *unidentified*

Source

XLIX. QVALITER VEXATA ACCIDIOSOS.

Quem hęc miserabilis possidet passio ad omne opus bonum facit desidem pigrum et inhertem; Non enim in proprio residere loco permittit: lassitudinem corporis et esuriem quinta sextaque hora tantum suscitat ut uelut longo itinere [f. 100v] grauissimoque labore confectus sibimet lassusque uideatur. et tunc huc illucque perambulat anxius. sepiusque ingreditur et egreditur cellam ac solem uelut ad occasum tardius properantem crebrius intuetur; **O**mniue actu spiritali redditur otiosus ac uacuus. Nihilque aliud procurans quam ubi quoue colore occasionem refectionis futurę ualeat preparare; **M**ens enim otiosi nihil aliud cogitare nouit quam de escis ac uentre; **I**n desideriis enim est. ut sacra testatur scriptura. omnis otiosus; {Prv 13:4 (LXX)}

Kerff: 3.56

Source (rubric) *unidentified*

Source

L. ACCIDIOSVS.

Beatus paulus apostolus ut uerus et *peritissimus* medicus accidię uulnera in epistola ad tesalonicenses {thesalonicenses corr.} pleniter aperit dicens: rogamus uos fratres ut habundetis magis. et operam detis. ut quiæti sitis et ut uestra negotia agatis. et operemini manibus uestris. et ut honeste ambuletis. et nullius aliquid desideretis; {1 Th 4:10–12} **H**is enim indiciis cognoscitur accidiosus. primo quia inquietus est Secundo quia aliena curat negotia quod curiositatis. est. malum. Tertio quia deditur propriis operari manibus: Quarto quia in honeste ambulet: Quinto quia aliena desiderat; **E**t in alio loco idem apostolus notat accidiosos. audiuimus inquit inter uos quosdam ambulare inquietę. {2 Th 3:11} et subiungit statim secundum languorem. qui

inquietudinis huius est radix. nihil inquit operantes; {2 Th 3:11} Tertium quoque morbum qui [f. 101r] {*Hand D begins*} ex isto uelut quidam *ramusculus* oritur. sed curiose agentes ecce in¹⁰⁶ hac sententia accidiosos inquietos esse et otiosos ac curiosos confirmat. Quem enim hęc miserabilis nequissimaque cruciat passio ad orationis studium facit pigrum. et desidem et somni telo elidit ad lectionis uero exercitium fatigatum. inhertem. dormientem reddit et pigrum. et quasi toto corpore uermibus grauiter scatentem. ad exercitationem quoque cuiuslibet boni operis tardum facit et pigrum. et ut ab oratione a lectione a predicatione ab honesta et sancta conlocutione. nec non. et ut ab exercitatione boni operis se celeriter possit subtrahere diuersas ac multiplices cogitatione et opere inquirit occasiones et causas.

Kerff. 3.57

Source (rubric) *unidentified*

Source

LI. INCREPATIO CONTRA SPIRITVM ACCIDIÆ DIVERSA SVPER HOC TESTIMONIA.

Vt quid infelix anima talibus inimicorum machinis impedita accidię spiritu uelut ariete ualidissimo fatigata somni telo elisus concidis aut cellule tue hostus abscedis? non enim declinando accidie inpugnationem fugies. set resistendo superabis. Quisquis es o monache qui spiritu accidie uexaris audi antiquissimam uerissimamque a sanctis patribus prolatam sententiam operantem. monachim {sic} demone uno pulsari otiosum uero innumeris spiritibus deuastari. Audi sanctam et uerissimorum patrum sententiam qui accidiam [f. 101v] superare desiderat. nec¹⁰⁷ somnum diligit. nec cellulam deserat sed uigiliis. et orationibus insistat. et cellule sue claustris operibus manuum suarum intentus consistat audiat sanctum ambrosium episcopum. dicentem. si spiritus accidie ascendet in te domum tuam non derelinquas. et ne derelinquas in tempore luctum utilem. Spiritum accidie abigunt lacrime. spiritum autem tristitie conturbat oratio. Et ne des te ipsum somno multo quia somniculosus et accidiosus monachus incedit in mala qui autem uigilat sicut passer erit. Somnus multus adducit temptationes. qui autem uigilat effugiet eas. audiant pariter omnes in sancte matris ecclesie gremio constituti. quia accidie

¹⁰⁶ in corr. from hi?

¹⁰⁷ An X written in the left margin by a modern hand.

nequissimo spiritu pulsantur intente sanctarum testimonia scripturarum. ait enim. salomon in desideriis. est. omnis otiosus malis. {Prv 13:4 (LXX)} **D**e hoc inheritię morbo rursus idem salomon ita commemorat. Uię nihil operantium strate sunt spinis {Prv 15:19 (LXX)} id. est. uitiis. **I**tem multa enim mala docuit otiositas. {Sir 33:29} **E**t iterum qui sectatur otium replebitur paupertate uisibili scilicet uel inuisibili. **D**e hac autem otiosi paupertate alibi quoque ita describitur et uestietur concissa et pannosa omnis somniculosus id est. non merebitur illo uestimento ornari de quo apostolus precipit. induite uos dominum iesum christum. {Rm 13:14} **E**t iterum. induite lorica iustie et caritatis. {1 Th 5:8} et de quo etiam dominus ad hierusalem loquitur per prophetam. [f. 102r] {Hand C resumes} exsurge exsurge hierusalem induere uestimentis glorię tuę; {Is 52:1} Audiant et paulum apostolum omnes accidiosi et otiosi. Si quis non uult operari non manducet; {2 Th 3:10} **E**t iterum. Qui furabatur iam non furetur. magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est. ut habeat unde tribuat necessitatem patientibus. {Eph 4:28} Non solum enim uerbis dampnat apostolus otiositatem sed et exemplis; Nam cum uenisset chorintum accessit ad aquilam et priscillam eo quod eiusdem essent artis et manebat cum eis. et operabatur. erant enim scenofactorię artis; et alibi loquitur. que mihi necessaria erant et his qui mecum fuerant ministrauerunt manus istę; **M**ulta enim et infinita mala generat otiositas in mente christiani. et econtra multa uitia explodit operatio manuum; **Q**uapropter inheritię otiositatis malum uelut serpentem totis uiribus fugiant christiani: et manuum suarum operibus bonorumque omnium studiis occupati in diuinis laudibus corde et ore. et opere cum sancto dauid propheta persistant dicentes. beati omnes qui timent dominum qui ambulant in uiis eius. labores manuum tuarum qui manducabis beatus es et bene tibi erit; {Ps 127:1–2}

Kerff: 3.58

Source (rubric) *unidentified*

Source

LII. REMEDIA QVIBVS ACCIDIAM SVPERARE POSSIMVS.

Uincitur autem hic nequissimus accidię morbus per orationis et uigiliarum instantiam. et per studium lectionis diuinæ: [f. 102v] et per sacrarum bonorum omnium conlocutionem et ammonitionem: nec non et per recordationem et confessionem peccatorum. seu et per desiderium futurę beatitudinis: ac per stabilitatem loci deuotionisque suę. et per exercitium cuiuslibet artis et

laboris: sed et *per infirmitatem* corporis et silentium oris et locutionis. seu et *per timorem domini*: ita ut credat sibi presentem. esse. deum scrutantem corda et renes: nec *non* et *per refrenationem uanarum cogitationum*: propter quod dictum est. prouidebam dominum in conspectu meo semper quoniam a dextris est. mihi nec commouear: {Ps 15:8} et *per separationem eorum* qui iactantiam et otiositatem sectantur: et *per contemplationem* diuinę maiestatis. ita ut *semper* se credat assistere ante oculos dei;

Kerff: 3.59

Source (rubric) *unidentified*

Source

LIII. DE COENODOXIA ID EST VANA GLORIA.

Coenodoxia grece. latine inanis gloria siue uana gloria *dicitur*: quę uaria et multiformis atque subtilis *est* bestia. omnibus quos superat nimis nocua; **Quę** christianum non solum ut cetera uitia ex parte carnali. sed etiam spiritali pulsat: ita ut si *non* potest carnalibus uitiis decipi. spiritalibus successibus acrius sauciatur; **Et secundum** difinitionem antiquorum patrum. XV. modis et eo amplius militem christi uulnerare conatur. id est. in habitu. in forma. in incessu. in uoce. in opere. in uigiliis. in ieuniis. in oratione. in remotione. in lectione. in scientia. in taciturnitate. in obedientia. in humilitate. in longanimitate; **Tanto** namque hic mor[f. 103r]bus perniciosius afflit. quanto obscurior est. ad cauendum; **Fit enim** tam in factis quam in dictis: dum sibi magis quam deo placere et laudem ab hominibus comparare studet. dum nihil sibi homo arrogari debeat preter peccatum; **Quanto enim** hæc rabies deiecta fuerit. tanto acrius resurgit ad luctamen; **Omnia** uitia superata marcescunt. et deuicta *per singulos* dies infirmiora redduntur. hoc uero deiectum potentius resurgit ad pugnam. et cum putatur extinctum sua morte uiuacius conualescit; **Nec** etate enim nec solitudine deferuet. quia nec loco nouit excludi: nec etate marcescere. sed de successibus uirtutum animatur: et non solum paruos. uerum etiam magnos et angelicos uiros de culmine uirtutum deiecit; **Graue est** iactantię et uanę glorię uitium et periculorum nimis. et quod de ipso ætiam perfectionis fastigio deicit animas; **Est autem** species mali huius duplex quedam. nonnullis enim accidit in ipsis statim initii operum bonorum. cum parum aliquid uel abstinentię inpenderint: uel pecunię in pauperes prerogauerint. et cum de eo ita sentire debeant. quia quasi quod inpenderint adiecerint. ita agunt et ita sentiunt quasi eminentiores sint illis quibus aliquid

largiti sunt; **A**lia uero est lactantię. {iactantię corr.} et uanę glorię. species. cum quis ad summa uirtutum perueniens. non totum deo sed suis laboribus ac studiis deputat: et dum ab omnibus gloriam querit [f. 103v] perdit eam quę a deo est; **P**ropter quod omni genere fugiamus iactantię uitium. ne forte incurramus eum lapsum quem diabolus incurrit; **H**ii enim quos hęc uexat passio laudem humanam de bonis quę agunt recipere desiderant. et de operibus quorum sibi concii non sunt turpiter iactant. et se ab omnibus predicari per nefas affectant. *santosque uiros sui comparatione depreiant*: et ideo bona faciunt aliquando cum magno labore. ut ab hominibus quibus placere non deo desiderant laudem recipient; Unde et ueritas ait: amen dico uobis receperunt mercedem suam; {Mt 6:2, 6:5} **C**um enim pro recto opere ut *sanctus* papa ait gregorius. laus transitoria queritur. æterna retributione res digna uili pretio uendatur; **C**uius miserę passionis hęc est. perfecta et salubris medicina. recordatio diuinę bonitatis assidua. per quam omnia bona humano generi conlata fuerunt. **S**unt. eruntque nec non et oratio continua cum lacrimis cordisque conpunctione. et diuinarum scripturarum intentissima lectio: seu et preteritorum recordatio peccatorum. eorumque rememoratio bonorum qui uanę glorię morbo deiecti sunt: sed et recordatio domini sententię quomodo inquit potestis uos credere. qui gloriam ab inuicem accipitis {sic} et gloriam quę a solo deo est non queritis; {Io 5:44} **E**t apostoli pauli. si hominibus placerem christi seruus non essem: {Gal 1:10} et nolite fieri inanis glorię cupidi: {Gal 5:26} et sancti dauid prophetae. [f. 104r] quoniam deus dissipabit ossa eorum qui hominibus placent. {Ps 52:6} et super omnia. si intentissima diuinę bonitatis laus in corde. ore. opere. cum timore mortis uitę presentis semper ante oculos. cum lacrimis uersetur;

Kerff: 3.60

Source (rubric) *unidentified*

Source

LIII. DE SVPERBIA.

Superbia est mater. origo. ac regina omnium uitiorum. per quam angeli cęciderunt de celo: et sicut. est. origo omnium criminum. ita ruina omnium uirtutum; **I**psa est enim in peccato prima: ipsa in conflictu postrema; **H**æc enim aut in exordio mentem per peccatum prosternit. aut nouissima de uirtutibus deicit. et inde omnium peccatorum est maxima. quia tam per uirtutem quam per uitia humanam mentem exterminat; **O**mnis peccans superbus est: eo quod faciendo

uetita contemptu habeat diuina precepta; **R**ecte ergo initium omnis peccati superbia. {Sir 10:15} quia nisi precesserit mandatorum dei inoboedientia. transgressionis non sequitur culpa; **C**uius duo sunt genera. unum quod spiritales summosque pulsat: aliud quod etiam insipientes carnalesque complectitur; **E**t licet utrumque superbię genus tam in deum quam in homines noxia inflet elatio. tamen illud primum specialiter refertur ad deum. secundum ad homines proprie pertinet; **S**uperbia enim ut dictum est omnes pariter uirtutes euacuat. cunctaque iustitia et sanctitate hominem expoliat: et amplius non solum peccatum est ipsa: sed etiam nullum peccatum fieri [f. 104v] potest. aut potuit. aut poterit sine ipsa; **Q**ui morbus licet ultimus sit in conflictu uitiorum atque in ordine ponatur extremus: origine tamen et tempore primus est: seuissima et superioribus cunctis inmanior bestia. perfectos maxime temptans. et propemodum iam positos in consummatione uirtutum morsu diriori¹⁰⁸ depascens; **C**ognoscitur quidem hic nequissimus morbus ex eo quod semper ea que eminentiora sunt querit et exoptat. cunctisque despicit: ut cunctis semetipsum superiorem efficiat; **C**uratus autem si credat sententię eius qui dixit. Deus superbis resistit. {Iac 4:6} et si se abstrahat et recedat ab omnibus occasionibus elationibus et si uero humili corde omnibus se uiliorem et inferiorem mente et cordę credat ac pronuntiet: et si uniuersa quę fuerint ei inrogata tristitia uel dampnosa patientissime toleret. et si semper domini et sanctorum eius recordetur passionis: et si se cogitet cito de hoc seculo migraturum: et si certissime credat absque dei adiutorio nil boni posse cogitare. loqui. uel facere: et si orationi lectioni assidue conpunctione cordis insistat;

Kerff: 3.61

Source (rubric) *unidentified*

Source

LV. DE SEX VITIORVM CONCORDIA ET DVORVM AB EIS DISSIDENTIVM COGNATIONE.

Hæc igitur octo uitia licet. diuersos ortus ac dissimiles efficientias habeant. sex tamen priora. id. est. gastrimargia. fornicatio. philargiria. ira. tristitia. accidia. quedam inter se cogitatione ut ita dixerim concatena[f. 105r]tione connexa sunt: ita ut prioris exuberantia sequentis efficiatur exordium; Nam de abundantia gastrimargię. fornicationem. de fornicatione: philargiriam. de

¹⁰⁸ diriori depascens written as diri oride pascens

philargiria. iram. de ira: tristitiam: de tristitia. accidiam: necesse est pullulare: ideoque simili contra hęc modo atque eadem ratione: pugnandum est: et a precedentibus semper aduersus sequentes oportet nos inhiare certamina; **F**acilius enim cuiuslibet arboris noxia latitudo ac proceritas exarescit: si antea radices eius quibus innititus uel mundatę fuerint. uel succisę: et infestantes humores aquarum continuo siccabuntur. cum generator earum fons ac profluente uenę solerti industria fuerint obdurate; **Q**uamobrem ut accidia uincatur ante superanda est. tristitia. ut tristitia propellatur ira. o prior. est. extrudenda. Ut extinguitur ira: philargiria calcanda est ut euellatur philargiria. fornicatio compescenda est: ut fornicatio subruatur: gastrimargię est. uitium castigandum; **R**esidua uero duo: id est coenodoxia et superbia sibi quidem. similiter illa qua de superioribus uitiis diximus ratione iunguntur. ita ut incrementum prioris ortus efficiatur alterius; **C**oenodoxia enim exuberanti. superbię fomitem parit. Sed ab illis sex prioribus uitiis penitus dissidunt nec simili cum eis societate foederant: siquidem non solum nullam ex illis occasionem suę [f. 105v] generationis accipient. sed etiam contrario modo atque ordine suscitantur; Nam illis euulsis haec uehementius fructificant et illorum morte uiuacius pullulant atque succrescunt; Vnde etiam diuerso modo ab his duobus uitiis inpugnamur; **I**n unumquodque sex uitiorum tunc incidimus cum a precedentibus eorum fuerimus elisi. in hęc uero duo uictores. et uel maxime post triumphos precipitamus incurrere; **O**mnia igitur uitia quemadmodum incremento precedentium generantur. ita illorum deminutione purgantur; Et hac ratione ut superbia possit explodi: coenodoxia est prefocanda: et ita semper prioribus superatis. sequentia conquiescent. et extinctione precedentium residuę passiones absque labore marcescent; Et licet hęc que prediximus octo uitia illa quam commemorauimus ratione inuicem sibi connexa atque permixta sint: specialius tamen in quattuor coniugationes et copulas diuiduntur; **G**astrimargię namque fornicatio peculiari consortio phęderatur: philargirię. ira. tristitię. accidia: coenodoxiae: superbia. familiariter coniungitur;

Kerff: 3.62

Source (rubric) *unidentified*

Source

LVI. DE ORIGINE ET QVALITATE VNIVSCVIVSQVE VITII.

Et ut singillatim nunc de uniuscuiusque uitii generibus disputemus. gastrimargię genera sunt tria. primum quod ad refectionem perurguet hominem ante horam statutam ac legitimam [f. 106r] festinare: secundum quod explētione uentris et quarumlibet escarum uoracitate lāetatur: tertium accuratiores ac delicatissimos desiderat cybos. quę tria non leui dispendio christianum feriunt: nisi ab omnibus istis pari studio atque obseruantia semetipsum expedire contenderit; Nam quemadmodum absolutio ieunii ante horam canonicam legitimamque nullatenus presumenda est. ita et uentris ingluuies et escarum sumptuosa atque exquisita preparatio similiter amputanda; Ex his enim tribus causis diuersę ac pessimę ualitudines animę procreantur; Nam de prima congregationis odium gignitur. atque exinde horror et intollerantia eiusdem concrescit habitaculi. quam sine dubio mox discessio ac fuga uelocissima subsequitur; De secunda igniti luxurię ac libidinis aculei suscitantur; Tertia etiam inextricabiles philargirię laqueos nectit ceruicibus captiuorum. nec aliquando hominem sinit perfecta christi nuditate fundari; Cuius nobis passionis inesse uestigia isto quoque deprehendimus indicio. cum forte ad refectionem detenti ab aliquo fratrum contenti non sumus eo sapore cibos sumere quo ab exhibentem {sic} conditi sunt. sed quoddam superfundi eis uel adici importuna atque effrenata poscimus libertate; Quod fieri pānitus non oportet tribus de causis. primo quia mens christiani semper debet in omni tollerantia ac parcitatis exercitatione [f. 106v] uersari: et secundum apostolum discere in quibus est sufficiens. esse; Nullatenus enim. poterit uel occulta uel maiora corporis desideria refrenare. quisquis degustationis modicę insuauitates offensus. ne ad momentum quidem delicias gutturis sui noluerit castigare; Secundo quod non numquam euenit ut ad horam desit illa species quę postulatur a nobis. et uerecundiam necessitati uel frugalitati suscipientis incutimus. publicantes scilicet paupertatem eius quam soli deo cognitam: esse. maluerat; Tertio quod interdum solet sapor ille quem nos adici poscimus. aliis displicere et inuenimus iniuriam multis dum nostrę gule ac desiderio satisfacere cupimus inrogare. propter quod omnimodis hęc in nobis est. castiganda libertas; Fornicationis. genera sunt tria. primum quod per commixtionem sexus utriusque perficitur. Secundum quod absque femineo tactu pro quo her patriarchę iude filius a domino percussus legitur quod in scripturis sanctis immunditia nuncupatur. Super quo apostolus. dico autem innuptis et uiduis: bonum est. illis si sic permanserint sicut et ego. quod si se non continent nubant. melius. est enim nubere quam uri. {1 Cor 7:9} Tertium quod animo ac mente concipitur. De quo dominus in euangelio ait. qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam iam moechatus est. in corde suo; {Mt 5:28} Que tria genera beatus apostolus pari modo extingueda

pronuntians. mortificate inquit membra uestra quę sunt super terram. [f. 107r] fornicationem. inmunditiam. libidinem. et cætera; {Col 3:5} et iterum de duobus ad ephesios; **Fornicatio et inmunditia nec nominetur in uobis** {Eph 5:3} et iterum. illud autem scitote quod omnis fornicator aut inmundus. aut auarus quod est. idolorum seruitus non habet hereditatem in regno christi et dei; {Eph 5:5} **Quę tria ut a nobis pari obseruatione caueantur:** similis nos regno christi atque una deterret exclusio; **Philargirię genera sunt tria.** primum quod abrenuntiantes diuitiis ac facultatibus suis spoliari non sinit. secundum quod ea quę a nobis dispersa sunt uel indigentibus distributa resumere nos maiore cupiditate persuadet. tertium quod ea quę nec¹⁰⁹ antea quidem possedimus desiderari adquiriue conpellit; **Ire genera sunt tria.** Unum quod exardescit intrinsecus: Aliud quod in uerbum et opus effectumque prorumpit. de quibus apostolus. nunc autem deponite inquit et uos omnem iram indignationem. {Col 3:8} Tertium quod ad horam digeritur: sed per dies et tempore reseruatur. quę omnia equali sunt a nobis horrore dampnanda; **Tristitię genera sunt duo.** Unum quod uel iracundia desinente uel de inlato dampno ac desiderio prepedito causataque generatur. Aliud quod de inrationabili mentis anxietate seu desperatione descendit; **Accidię genera sunt duo.** Unum quod ad somnum precipitat estuantes. Aliud quod cellam deserere ac refugere cohortatur; Coenodoxia licet multiformis ac multiplex sit et in diuersas [f. 107v] species diuidatur genera tamen eius sunt duo. primum pro quo carnalibus rebus ac manifestis extollimur. secundum quo pro spiritualibus et occultis desiderio uane laudis inflamur;

Kerff: 3.63

Source (rubric) unidentified

Source

LVII. DE VARIA OBPVGNATIONE OMNIVM VITIORVM.

Hæc octo uitia cum omne humanum genus pulsat. non tamen uno modo inpetunt cunctis; In alio namque spiritus fornicationis locum obtinet principalem. in alio superequitat furor. In alio coenodoxia uindicat tirannidem in alio arcem superbia tenet. et cum constet omnes ab omnibus inpugnari. diuerso tamen modo et ordine singuli laboramus;

Kerff: 3.64

¹⁰⁹ nec antea written as necant ea

*Source (rubric)**unidentified**Source*

LVIII. DE INSTITVENDO ADVERSVS VITIA CERTAMINE SECUNDVM IPSORVM INFESTATIONEM.

Quamobrem ita nobis aduersus hęc arripienda sunt proelia: ut unusquisque utium {uitium corr.} quo maxime infestatur explorans. aduersus illud arripiat principale certamen; **Omnem** curam mentis ac sollicitudinem erga illius *inpugnationem* obseruationemque defigens aduersus illud cotidiana iejuniorum dirigens spicula. Contra illud cunctis momentis cordis suspiria crebraque gemituum tela contorquens. aduersus illud uigiliarum labores ac meditationes sui cordis inpendens. indesinentes quoque orationum fletus. ad deum fundens. et *inpugnationis* suę extinctionem ab illo specialiter ac iugiter poscat. impossibile namque est de qualibet passione triumphum quem[f. 108r]piam promereri. priusquam intellexerit industria uel labore proprio uictoriā certaminis semet obtainere non posse. cum tamen ut ualeat emundari necesse sit eum die noctuque se in omni cura et sollicitudine permanere; **Cumque** se ab ea senserit absolutum. rursus latebras sui cordis simili intentione perlustret. et excipiat sibi quam inter reliquias perspexerit diriorem atque aduersus eam specialius omnia spiritus arma commoueat. et ita semper ualidioribus superatis celerem de residuis habebit facilemque uictoriā quia et mens triumphorum processu reddetur fortior et infirmior pugna succedens promotionem {sic} ei prouentum faciet priorum; Et fieri solet ab his qui coram regibus mundi huius omne genus congregati bestiis premiorum contemplatione consuerunt. **Quod** spectaculi genus uulgo pancarpum nuncupatur; **Hi** inquam feras quascumque fortiores robore uel feritatis rabie conspexerint diriores aduersus eas primę congressionis certamen arripiunt; **Quibus** extinctis reliquas quę minus terribiles minusque uehementes sunt exitu faciliore prosternunt; **Ita** et uitiis semper robustioribus superatis atque infirmioribus succendentibus: parabitur nobis absque ullo discrimine perfecta uictoria; **Nec** tamen putandum quod principaliter quis contra unum dimicans uitium. et uelut incautius aliorum tela prospiciens inopinato ictu facilius [f. 108v] ualeat sauciari quod nequaquam fiet; **Inpossibile** namque est eum qui pro cordis sui emundatione sollicitus erga *inpugnationem* uitii: cuiuslibet intentionem suę mentis armauerit. aduersus cætera quoque uitia generalem quandam horrorem et custodiam similem non habere. quo enim modo uel de illa qua

absolui desiderat passione merebitur¹¹⁰ obtinere uictoram qui se indignum purgationis premio aliorum facit contagio uitiorum. sed cum principales nostri cordis intentio uelut specialem sibi pugnam aduersus unam exciperit passionem: pro ipsa orabit adtentius peculiari sollicitudine ac studio supplicans ut eam diligentius obseruet: et per hęc celerem mereatur obtinere uictoram. hinc namque nos ordinem proeliorum exercere debere. nec tamen de nostra uirtute confidere ętiam legislator his docet uerbis. non timebis eos quia dominus deus tuus in medio tui est: deus magnus et terribilis ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes non poteris delere eas pariter: ne forte multiplicentur contra te bestię terre. dabitque eos dominus deus tuus in conspectu tuo et interficiet illos donec pęntus {pęnitus corr.} deleantur

Kerff: 3.65

Source (rubric) *unidentified*

Source

[***]II. {LVIII (*sic*) corr.} **DE DVORVM VITIORVM GENERIBVS
EFFICIENTIA[***]RVM {EFFICIENTIA eorum corr.} QVADRIPARTITA.**

Horum igitur uitiorum genera sunt duo: aut enim naturalia sunt ut gastrimargia. aut extra naturam ut philargiria; [f. 109r] Efficientia uero quadripartata est; Quędam enim sine actione carnali consumari non possunt: ut est gastrimargia et fornicatio: quędam uero ętiam sine ulla corporis actione complentur. ut est. superbia et coenodoxia; Nonnulla commotionis suę causas extrinsecus capiunt: ut est. philargiria et ira. alia uero intestinis motibus excitantur. ut est accidia atque tristitia;

Kerff: 3.66

Source (rubric) *unidentified*

Source

**LX. RECAPITVLATIO DE GASTRIMARGIÆ ET FORNICATIONIS PASSIONE ET
CVRATIONE EARVM.**

¹¹⁰ merebitur corr. from merebrem?

Gastrimargia et fornicatio cum naturaliter nobis insinit nam non numquam etiam sine ullo animi incitamento solius instigatione ac spurcitia carnis oriuntur. Materia tamen ut consumentur egent extrinsecus. et ita in effectum corporali actione perueniunt; **Hæc** duo specialiter uitia quæ ministerio carnis explentur extra illam spiritalem animæ curam egent peculiarius etiam continentia corporali: quæ ieuniis. uigiliis. et operibus contritione perficitur; **His** que fuerit remotio localis adiuncta. quia sicut amborum uitio id est animæ et corporis generantur. ita superari nisi utriusque labore non poterunt;

Kerff. 3.67

Source (rubric) *unidentified*

Source

LXI. QVÆ CARNALIA VEL QVÆ SPIRITALIA DICANTVR ESSE VITIA.

Quamuis beatus paulus apostolus omnia uitia generaliter pronuntiauerit. esse. carnalia. siquidem inimicitias et [f. 109v] iras atque hereses inter cetera carnis opera numerauerat. nos tamen ad illorum curationes atque naturas diligentius colligendas duplii eas diuisione distinguimus; Nam ex his quedam dicimus. esse. carnalia: quedam uero spiritalia. et illa quidem carnalia quæ specialiter ad motum sensumque pertinent carnis. quibus illa ita delectatur ac pascitur: ut etiam quietas incidet mentes inuitasque eas non numquam pertrahat ad suæ uoluptatis ad sensum; De quibus beatus apostolus ait. et nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostre. facientes uoluptatem carnis et cogitationum. et eramus natura filii ire sicut et cæteri; {Eph 2:3} Spiritalia uero dicimus quæ instinctu animæ solius orta non solum nihil uoluptatis conferunt carni. sed etiam grauissimis eam languoribus affidentia miserrime iocunditatis pastu animam tantum nutriunt egrotantem: et idcirco quidem simplici cordis indigent medicina; Quæ autem carnalia sunt non nisi duplii quemadmodum diximus ad sanitatem curatione perueniunt; Vnde puritati studentibus plurimum confert: ut harum carnalium passionum ipsas materias ipsi primitus subtrahant: quibus potest uel occasio. uel recordatio earundem passionum egrotanti adhuc animæ generari. necesse est. enim ut morbo duplii. duplex adhibeatur correctio; Nam corporis ne concupiscentia [f. 110r] in effectum temptet prorumpere. necessario effigies et materia inliens subtrahenda est. et animæ nihil hominus. ne eam uel cogitatione concipiat. et adtentior meditatio scripturarum et sollicitudo peruigil ac remotio solitudinis utiliter adponenda est; In ceteris autem

uitiis humana *consortia* nihil *obsunt*. quin immo *etiam plurimum* conferunt. his qui carere eis in ueritate desiderant: *quia frequentia omnium magis arguuntur*: et dum laccessita crebrius manifestantur cæleri medicina perueniunt ad salutem;

Kerff: 3.68

Source (rubric) *unidentified*

Source

LXII. TESTIMONIA DIVERSA SVPER SIGNIFICATIONEM OCTO VITIORVM.

De his octo uitiis et in euangelio ita significatur; **Cum autem** inmundus *spiritus* exerit ab homine. ambulat. *per* loca arida querens *requietum* et *non inuenit*. tunc *dicit*. reuertar in *domum meam* unde exiui: et ueniens *inuenit* eam uacantem: scopis *mundatam* et *ornatam*: tunc uadit et assumit alios *spiritus septem* nequiores se et intrantes habitant ibi. et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. {Mt 12:43–5} Ecce ubi *septem gentes* legimus excepta egyptiorum. de qua egressi fuerant filii israhel. ita et hic *septem reuerti spiritus* dicuntur inmundi: excepto eo *qui ab homine prius narratur* egressus: **D**e hoc septenario fomite uitiorum: salomon quoque in prouerbiis ita describit; **S**i te rogauerit inimicus tuus uoce magna. ne consenseris [f. 110v] ei; **S**eptem enim nequitię *sunt* in anima eius; **I**d est. si superatus gastrimargię *spiritus* ceperit tibi sua humili actione blandiri. rogans quodammodo et aliquid relaxes. accepto feroore inpertias ei: **q**uod continentię modum et mensuram iuste distinctionis excedat. ne resoluaris eius subiectionem uel suggestionem. nec arridente inpugnationis securitate qua uideris paulisper a carnalibus incentiuis factus quietior ad pristinam remissionem uel preteritas gulę concupiscentias reuertaris; **P**er hoc enim dicit et *spiritus* ille quem uiceras: reuertar in *domum meam* unde exiui: et procedentes ex eo *confestim* septem *spiritus* uitiorum erunt tibi aciores quam illa passio que in primordiis fuerat superata. qui te mox ad deteriora pertrahent genera peccatorum;

Kerff: 3.69

Source (rubric) *unidentified*

Source

**LXIII. QVOD DEVICTA PASSIONI GVLE INPENDVS SIT LABOR AD VIRTVTES
CAETERAS OBTINENDAS.**

Quapropter ieuniis et continentię incubantibus nobis festinandum est ut gulę passione superata protinus animam nostram uacuam esse a necessariis uirtutibus non sinamus: sed eis uniuersos recessus cordis nostri studiosius occupemus: ne reuersus concupiscentię spiritus inanes nos ab ipsis uacantesque repperiat: et non sibi iam soli aditum parare contemptus. introducat secum in animam nostram septenarium hunc fomitem uitiorum. et faciat nouissima nostra peiora prio[f. 111r]ribus; Tupior {sic} enim erit post hęc et inmundior anima ac suppicio grauiore plectetur: quę se renuntiasse huic seculo gloriatur. dominantibus sibi octo uitiis quam fuerat quondam in seculo constituta: cum nec disciplinam monachi fuisse professa nec nomen; Nam et nequiores hii septem spiritus illo priore qui egressus fuerat idcirco dicuntur: quia desiderium gulę. id est gastrimargia per se non esse noxia: nisi intromitterit grauiores alienas passiones: id est fornicationes. philargirię. irę. tristitię. siue superbia. quę per semet et noxia animę ac peremptoria esse non dubium est; Et idcirco perfectionis puritatem numquam poterit optinere. quisquis eam de hac sola continentia. id est ieunio corporali sperauerit adquirendam: nisi nouerit ob id se hanc exercere debere. ut humiliata carne ieuniis facilius possit aduersus alia uitia inhiare certamen. non insolecente carne saturitatis ingluwie;

Kerff: 3.70

Source (rubric) unidentified

Source

**LXIII. QVOD NON IDEM PRELIORVM ORDO SIT QVI PONITVR IN CATALOGO
VITIORVM.**

Sciendum tamen non eundem esse in omnibus nobis ordinem preliorum. quia sicut diximus non uno modo inpugnamur omnes; Et oportet unumquemque nostrum secundum qualitatem belli quo principaliter infestatur certationum luctamina arripere: ita ut aliū necesse sit aduersus uitium quod tertium ponitur. primum [f. 111v] exercere conflictum: aliū contra quartum: siue quintum: et ita propria ipsa uitia in nobis optinent principatum. quę inpugnationis exigit modus; Nos

quoque oportet ordinem instituere preliorum: secundum quem prouentus quoque uictorię triumphique succedens faciat nos ad puritatem cordis et perfectionis plenitudinem peruenire;

Kerff: 3.71

Source (rubric) *unidentified*

Source

LXV. QVOMODO SECUNDVM OCTO VITIA OCTO GENTIVM NVMERVS IMPLEATVR.

Octo sunt principalia uitia quę humanum inpugnant genus quę figuraliter sub gentium uocabulo nominata sunt; Egressis enim ex egipto filiis israhel daturum se dominus repromittit eis septem gentium terras; **I**ta enim dicitur. cum introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingredieris et deleuerit gentes multas coram te. cetheum. et gergeseum. amorreum. et chananeum. pheretzeum. et eueum. et gebuseum. septem gentes multo maioris numeri quam tu es et robustiores te: tradideritque eas dominus tibi: percuties eas usque ad internitionem; {Dt 7:1–2} Idcirco hic septem dinumerantur gentes. eo quod egressis iam de egypto et liberatis ab una gente ualidissima. id est egyptiorum contrahar residuas septem gentes. quę supra commemoratę sunt simili ratione habere conflictum; **P**rima scilicet quę iam deuicta est minime computata: cuius etiam terra in possessionem israheli non datur. sed ut desiderat eam perpetuo et egredi[f].
 112r]atur ab ea domini preceptione sanciatur; Una quidem gens egypti deserit: septem uero iubentur extingui; **G**ens enim egypti quę iubetur deserit: uitium est. gastrimargię. cui cotidiano cum mertio {commertio corr.} nequaquam ex toto carere possumus; **D**ebemus enim ex necessitate non ex desiderio alimenta percipere. Sicut ait apostolus paulus. et curam carnis ne feceritis in desideriis; {Rm 13:14} Cum enim carnis desideria respuimus: gentem egyptiam deserimus: **R**eliquas uero septem quę septem sunt uitia. id est fornicatio. philargiria. ira. tristitia: accidia: coenodoxia: et superbia pēnitus iubentur extingui; **Q**ui a igitur ex sanctorum patrum opusculis pauca donante deo de octo uitiis principalibus excerptsimus testimonia. Nunc de pugna uirtutum uel qualiter cogitatione. locutione. et opere. perpetrantur peccata carpamus.

Kerff: 3.72

Source (rubric) *unidentified*

Source

**LXVI. QVOD CONTRA VNVMQVODQVE VITIVM SINGVLE VIRTVTES SVNT
OPPONENDÆ.**

Igitur contra singula uitia uirtutes singulæ opponendæ sunt. et aduersus impletus uitiorum contrariis uirtutibus est pugnandum; Contra ingluuiem enim uentris. parcitas. et abstinentia est. opponenda; Contra luxuriam cordis est adhibenda munditia; Contra luxuriam carnis. cordis et corporis est castitas. exhibenda; Contra auaritiam. largitas; Contra philargiriam. id est amorem pecuniæ: nuditas et expoliatio diuitiarum; [C]ontra¹¹¹ inuidiam. caritas. et fraterna congratulatio; Contra [f. 112v] odium dilectio; Contra irę incendia. mansuetudo; Contra tristitiam seculi: spiritale gaudium; Contra accidiam dissolutamque uagationem. stabilitas firma; Contra uanam gloriam. dei timor; Contra superbiam diaboli opponitur humilitas christi; Ita et contra cætera uitiam. unaquæque propria boni operis uirtus opponitur; Principalium enim septem uitiorum regina et mater superbia est; Ea quadam cognatione iunguntur ut ex altero alterum oriatur: sicuti dñs: qui dum non euitauit adulterium. perpetrauit et homicidium: et qui non restringit nimiam uentris ingluuiem: cadit infeliciter in luxuriam;

Kerff: 3.73; Colvener: 74¹¹²

Source (rubric) unidentified

Source

LXVII. QVIBVS MODIS COMMITTITVR PECCATVM.

Quattuor modis committitur peccatum in corde. quatuor perpetratur et opere; Admittitur in corde suggestione demonum: delectatione carnis: consensione mentis: defensione elationis; Committitur opere. nunc latentur. nunc palam: nunc consuetudine nunc desperatione; Istis ergo gradibus et corde delinquitur. et opere malitia perpetratur; Tribus modis peccatum geritur. hoc est ignorantiam. infirmitate. industria; Ignorantiæ namque modo peccauit in paradyso euæ. Sicut apostolus dicit. uir non est seductus. mulier autem seducta in pruaricatione fuit; {1 Tim 2:14} ergo euæ peccauit ignorantia; adam uero industria. quia non est seductus sed sciens prudensque

¹¹¹ The initial *c* here appears to have been erased.

¹¹² Colvener's chapter numbering proceeds from LXXII to LXXIV, skipping LXXIII.

[f. 113r] peccauit; **Qui uero seducitur quod** consentiat euidenter ignorat; **De infirmitate autem** petrus deliquid quando ad metum interrogantis ancillę christum negauit. et post peccatum amarissime fleuit; **Grauius enim infirmitate est.** quam ignorantia quemquam delinquere. grauiusque industria: quam infirmitate peccare; **Industria namque peccat.** qui studio ac deliberationes mentis malum agit; **Infirmitate autem qui** casu uel precipitatione delinquit; **Nequius autem** et de industria peccant. qui non solum non bene uiuunt. sed adhuc et bene uiuentes si possunt a ueritate diuertunt; **Sunt enim qui ignoranter peccant.** et sunt qui scienter. et sunt etiam et qui pro ignorantie excusatione scire nolunt. ut minus culpabiles habeantur. qui tamen seipsos non muniunt sed magis decipiunt; **Nescire simpliciter ad ignorantiam pertinet.** noluisse. uero scire ad contumacem superbiam; **Voluntatem quidem proprii domini uelle nescire** quidem. aliud est. quam uelle dominum superbiendo contempnere; Nemo igitur de ignorantia se excuset. quia **deus non solum** eos iudicat qui a cogitatione sua seuertuntur: {sic} sed etiam illos qui nescierunt. testante eodem domino per prophetam. disperdam inquit homines a facie terre: {So 1:3} et eos qui auertuntur post tergum domini. et qui non quesierunt dominum. nec inuestigauerunt eum; {So 1:6} Et psalmus. [f. 113v] effunde inquit iram tuam in gentes que te non nouerunt; {Ps 78:6} **Sunt enim qui leuia et minima committunt peccata.** in cogitatione. locutione. et opere: sunt et qui grauia perpetrant. in cogitatione. locutione. et opere. scelera; **Leuia namque in cogitatione.** admittunt peccata qui lubricas et uentosas cogitationes delectantur: unde et dominus per isaiam prophetam ait. auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis; {Is 1:16} **Grauiter enim in cogitatione delinquent.** qui prauis et pestiferis cogitationibus in tantum delectantur ut ad effectum peruersi operis perducere cupiant: de quibus sacra testatur scriptura. peruersę cogitationes separant a deo; {Sap 1:3} **Leuiter enim delinquit sermone qui** otiosum uerbum loquitur. unde dicente domino reddenda est ratio; **Grauiter enim peccat in uerbo.** qui falsitatis crimen incurrit. quia os quod mentitur occidit animam; **Leuiter enim peccat opere** qui otiositatem sectatus fuerit. grauiter qui furtum et rapinam fecerit; **Leuiter qui pauperem** exasperauerit: grauiter qui eum expoliauerit; **Leuiter qui mortuum non sepelierit.** grauiter qui hominem occiderit; **Et multa his similia in cogitatione.** locutione. et opere. inuenies peccata;

Kerff: 3.74; Colvener: 75

Source (rubric) unidentified

Source

LXVIII. DE HIS QVI COGITATIONE DELINQVVNT.

Quamuis ab opere malo quisque uacet: *pro solius tamen cogi*[f. 114r]tationis prauę malitię non erit innocens; Vnde et *dominus per isaiam*. auferte inquit malum cogitationum uestrarum ab oculis meis; {Is 1:16} Non solum enim factis sed et cogitationibus delinquimus: si eis inlicite occurrentibus delectemur; Nam cogitationes inlicite occurtere demonum est cogitationibus oblectare peruersis nostrum est; *Sciendum autem quia triplex est. modus cogitationum nequam.* unus earum que deliberatione et proposito peccandi mentem contaminant: alius. earumque delectatione quidem peccati mentem conturbant: nec tamen hanc ad peccandi consensum pertrahunt; Tertius earum quę naturali motu mentem percurrentes. non tamen hanc ad patranda uitia inliuiunt. quam a bonis quę cogitare debuit inpediunt. ueluti est. cum fantasma rerum quę aliquando superuacue gestas uel dictas nouimus ad memoriam reducimus: quarum crebra retractio quasi importuna muscarum inprobitas oculis cordis circumuolare ac spiritalem eius aciem inquietare magis quam excecare consuevit; A cunctis autem his cogitationum nequam generibus castigari monuit salomon cum dicit. Omni custodia serua cor tuum. quoniam ex ipso uita procedit; {Prv 4:23} Cuius monita sequentes agamus solliciti ut si quid consensu perpetrandi facinoris in animo delinquimus: cito hoc confessione et dignis pēnitentię fructibus abstergamus; Si delec[f. 114v]tatione peccandi nos temptari senserimus. mox iam delectationem crebris precibus ac lacrimis crebra amaritudinis perpetuę recordatione pellamus; Et si nos solos ad hanc propulsandam sufficere non uiderimus. fratrum queramus auxilia. ut quod nostris uiribus nequimus illorum consilio et intercessione sumamus; Multum enim ualet deprecatio iusti assidua: et sicut idem premisit. oratio fidei saluabit infirmum: et alleuabit eum dominus. et si in peccatis sit dimittentur ei; {Iac 5:15} Quia superuacuis cogitationibus ad integrum carere non ualemus. has in quantum possumus inmissione bonarum cogitationum et maxime frequenti scripturarum meditatione fugemus. iuxta exemplum psalmiste qui dicit. quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est; {Ps 118:97} Magna itaque obseruantia circa cordis est custodiam adhibenda: quia aut bonę aut malę rei ibi consistit origo; Nam sicut scriptum est. ex corde exeunt cogitationes male: {Mt 15:19} ideoque si prius malae cogitationi resistimus in lapsu operis non incurrimus;

Kerff: 3.75; Colvener: 76a¹¹³

¹¹³ Colvener numbers this and the following chapter together as LXXVI, whereas Kerff numbers them separately as 75 and 76.

Source (*rubric*) *unidentified*

Source

LXVIII. QVAM PERICVLOSVM SIT COGITATIONES MALAS DELECTARE.

Fuit quidam uir *sanctus* eologius nomine. qui in offerendis sacramentis tantum gratię acceperat a domino. ut uniuscuiusque accendentium merita culpasque cognosceret; Denique quos[f. 115r]dam uolentes accedere ad communionem retinebat dicens: quomodo ausi estis accedere ad sacramenta diuina. cum mensura et propositum sit in malo; Denique aiebat. tu ac nocte habuisti cogitationes fornicandi. tu uero dixisti in corde tuo nihil interest. siue iustus ad sacramenta siue peccator accedat: et alias dubitationem habuit in corde dicens. Quid enim me sanctificare communio potest? hos ergo singulos remouebat a communione sacramenti. et dicebat eis. secedite paululum et agite penitentiam. ut purificati per satisfactionem et lacrimas digni habeamini communione christi;

Kerff: 3.76; Colvener: 76b¹¹⁴Source (*rubric*) *unidentified*

Source

LXX. QVOD OMNIA COGITATIONVM SECRETA DIVINIS ASPECTIBVS SVNT APERTA.

Apertum namque diuinitatis iudicium est. cogitationum nosse secreta. salomone adfirmante. qui deo supplicans ait. tu enim solus nosti corda omnium filiorum hominum; {3 Rg 8:39} Et apostolus paulus. uiuus est. enim sermo dei et efficax. et penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens usque ad diuisionem animę ac spiritus: conpagum quoque et medullarum et discretor cogitationum et intentionum cordis: et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius; {Hbr 4:12–13} Vnde etiam hieremias ait. tu autem domine sabaoth¹¹⁵ qui iudicas iuste et probas renes et corda; {Ier 11:20} Neque hec transeunt aut¹¹⁶ [f.

¹¹⁴ Colvener numbers this and the preceding chapter together as LXXVI, whereas Kerff numbers them separately as 75 and 76.

¹¹⁵ sabaoth corr. from sabooth ?

115v] neglegenter commemoranda. sed sollerter inuigilandum est. fratres mei: ut non uerba tantum et opera nostra. sed ipsa quoque cordium secreta diuinis aspectibus digna reddamus; Non in templo nostri pectoris odiorum: non inuidiq̄ rubigo resideat: non inde turpis uel contumeliosi sermonis radix oriatur: non ibi meditatio facti nocentis innascatur; **M**emores simus dominicę comminationis qua dicitur. ego enim opera et cogitationes eorum uenio ut congregem: et expulsis uitiorum rederibus domino cordis nostri paremus mansionem. cuius ipse dignetur inesse. mansor. qui eius ineuitabilis inspector et iudex est;

Kerff. 3.77

Source (rubric) *unidentified*

Source

LXXI. DE HIS QVI SERMONE OFFENDVNT.

Diuina enim scriptura dicit. mors et uita in manibus lingue. ideoque ualde cauendum est. ne ea loquamur unde mors anime nostrę adquiratur; **F**it enim multis modis peccatum. in locutione. id est. in otiosis uerbis. in uaniloquiis. in multiloquiis. in stultiloquiis. in turpiloquiis. in securilitatibus risumque mouentibus et quod deterius est et grauius. in mendaciis. in falsitatibus. in derisionibus. in obprobriis. in detractionibus. in susurrationibus. in maledictionibus. in periuriis. et hoc quod ait propheta. uę qui dicunt malum bonum. et bonum malum. {Is 5:20} et cætera his similia; **S**ollicite enim cauendum est. non solum a peruersis et criminosis sermonibus pro quibus æterna pena exsoluitur. sed etiam ab otio[f. 116r]sis et cæteris superfluis uerbis refrenanda est lingua; **S**icut enim falsitatis crimen a perficientibus pertimescitur. ita otiosa uerba a perfectis uiris uitantur; **N**am sicut ait quidam. pro otioso uerbo ratio ponitur: pro sermone iniusto poena exsoluitur; **A**ut enim malum male. aut bonum male proferendo peccamus; **M**alum male loquimur: quando quodlibet flagitium persuadere conamur; **B**onum male loquimur. quando quodcumque rectum arroganter predicamus; **N**am et corde male loquimur quando interius cogitationes noxias meditamur et cogitamus; **L**ingua male loquimur quando pro eo quod male agimus flagellamur et murmuramur; **F**actis male loquimur. quando male uiuendo exemplis nostris alios ad praeagendum informamus; **O**mnibus enim modis cauendę sunt supra scriptę locutiones. et similia. quia domini sanctorumque preceptum est. otiosa et securilia uerba et his

¹¹⁶ Two instances of *e* with *q* subtended (pen trials?) appear in the bottom and bottom right margins of this page.

similia loqui: unde dicente domino reddenda est ratio: quanto magis. periuria. falsitates. maledictiones. et cætera talia. pro quibus æterna plectenda est dampnatio; **D**e omni uerbo otioso aut {ait corr.} mundi saluator. quod locuti fuerint homines reddent rationem in die iudicii; {Mt 12:36} **O**tiosum quippe uerbum est. quod nec dicentis nec audientis habet utilitatem; **D**e mendaciis audi inquit grauius. Os quod mentitur occidit animam; {Sap 1:11} **D**e detractionibus. qui detrahit inquit eradicabitur; {cf. Iac 4:11; Sir 21:5; Prv 20:13 (LXX) ?} de maledictionibus. neque male[f. 116v]dici regnum dei possidebunt. {1 Cor 6:10} et cætera talia de similibus uerbis;

Kerff: 3.78

Source (rubric) *unidentified*

Source

LXXII. DE MENDACIO.

Omne enim mendacium aut fit meditatione. aut precipitatione; Non numquam peius est mendacium meditari quam loqui; Nam interdum quisque incautus solet ex precipitatione loqui mendacium. meditari autem non potest nisi per studium graue; Peius ergo ille ex studio mentiri perhibetur. quam ille qui ex precipitatione sola mentitur; Summopere cauendum est omne mendacium. quamvis sit aliquando mendacii genus culpę leuioris. si quisquam pro salutę hominum mentiatur; Sed quia¹¹⁷ scriptum est. Os quod mentitur occidit animam. {Sap 1:11} et perdes eos qui locuntur mendacium: {Ps 5:7} hoc quoque mendacii genus perfecti uiri summopere fugiunt. ut nec uita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur. nec suę animę noceant. dum pr̄stare nituntur alienę carni: quamquam hoc ipsud peccati genus facillime credimus relaxari; Cauendum namque est omnibus modis mendacium siue pro malo. siue etiam pro bono proferri uideatur: quia omne mendacium non est ex deo. sed sicut saluator ait a malo est;

Kerff: 3.79

Source (rubric) *unidentified*

Source

¹¹⁷ quia written as qc in ligature, not qa with superscript i (the scribe's usual abbreviation for this word)

LXXIII. DE DIVERSIS MENDACIORVM GENERIBVS.

Octo enim genera sunt mendacii. ut *sanctus agustinus episcopus* in libro de mendacio dicit; **E**st inquit primum capitale mendacium longeque fugiendum. quod fit in doctrina religionis: ad quod [f. 117r] mendacium nulla condicione quisquam debet adduci; **S**ecundum ut aliquem ledat iniuste: quod tale est. ut nulli proposit et obsit alicui; **T**ertium quod ita prodest. altari. ut obsit alteri. quamuis non ad inmunditiam obsit corporalem; **Q**uartum sola mentiendi fallendique libidine quod merum mendacium est; **Q**uintum quod sit placandi cupiditate de suaui loquio. his omnibus euitatis atque reiectis. sequitur; **S**extum genus quod et nulli obest. et prodest. omnibus. uelut si quispiam pecuniam alicuius iniuste tollendam sciens ubi sit nescire se mentiatur; **S**eptimum quod et nulli obest. et prodest. alicui. uelut si nolens hominem ad mortem quesitum prodere mentiatur. non solum iustum atque innocentem: sed et reum: quia christianę disciplinę sit: ut neque de cuiusquam correctione disperetur. neque cuiquam penitendi aditus intercludatur; **D**e quibus duobus generibus quę solent habere magnum controuersiam satis tractauimus: et quod nobis placeret ostendimus. ut suscipiendis incommoditatibus quę honeste ac fortiter tolerantur; **H**æc quoque genera deuidentur a fortibus et fidelibus et ueracibus uiris ac feminis; **N**on ergo mentiendum querenti ubi sit qui se fidei cuiuspiam commiserit. sed fortius respondendum. nec prodam nec mentiar; **F**ecit hoc *episcopus* quondam tagastensis ecclesie firmus nomine firmior uoluntate; **N**am cum ab eo quereretur homo iussu imperatoris per apparatores ab eo mis[f. 117v]sos. quem ad se configientem diligentia quanta poterat occultabat; **R**espondit querentibus nec mentiri se posse: nec hominem prodere: passusque tam multa tormenta corporis. qui¹¹⁸ non dum erant imperatores christiani permansit in sententia; **D**einde ad imperatorem ductus usque adeo mirabilis apparuit. ut ipse homini quem seruabat indulgentiam sine ulla difficultate impetraret; **Q**uid hoc fieri potest fortius atque constantius; **O**ctauum est genus mendacii quod et nulli obest. et ad hoc prodest. ut ab inmunditia corporali aliquem tueatur; **I**n his aut octo generibus tanto quisque mirum {minus corr.} peccat cum mentitur. quanto emerget ad octauum. tanto amplius quanto mergit ad primum; **Q**uisquis autem. esse. aliquod genus mendacii quod peccatum non sit putauerit decipiet seipsum turpiter. cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum; **G**rauius est enim mendacium et aliud quodlibet peccatum quod animo nocentis quam quod animo subuenientis efficitur. tamen nullum mendacium sine peccato; **S**criptum est enim. Os

¹¹⁸ qui written as q with a horizontal stroke through the descender, not q with superscript i (the scribe's usual abbreviation for this word)

quod mentitur occidit animam: {Sap 1:11} et omne mendacium non est ex deo: sed a malo est;
Et ideo pro omnibus mendaciis secundum qualitatem modumque mendacii satisfactio et
pénitentia digna agenda est: ne a ueritatis iudice deo qui nec fallit nec fallitur seueriter
iudicemur;

Kerff: 3.80

Source (rubric) *unidentified*

Source

LXXXIII. DE DIVERSIS GRAVIORIBVS MORTALIBVSQVE PECCATIS AC SCELERIBVS QVĘ PERPETRATVR LOCVTIONE. [f. 118r]

Egregius *predicator paulus* generaliter cunctos ab omnibus malis et pestiferis refrenare cupiens sermonibus ait: *Omnis sermo malus de ore uestro non procedat sed si quis bonus ad ædificationem fidei ut det gratiam audientibus;* {Eph 4:29} *Et super hęc adicit.* nolite contristare *spiritum sanctum dei.* in quo signati estis in die redemptionis. {Eph 5:30} *quo utique grauius malum nullum esse poterit;* *Patet igitur quia omnis sermo prolatus qui non proficit ad* *edificationem fidei audientium contristat spiritum sanctum dei;* *Et si sermo prolatus non* *ædificans ab apostolo christi est prohibitus:* ne *spiritum sanctum contristet:* quanto magis ille sermo qui destruit et polluit os dicentis et aures audientis. sicuti est falsitas. detractio. maledictio. et similia;

DE FALSITATE.

Falsus testis ait salomon *non erit inpunitus;* {Prv 19:9} *Qui falsum testimonium profert contra proximum suum extinguetur lucerna eius in die ultimo;* {cf. Prv 20:20}

DE DETRACTIONE.

Qui detrahit fratri dicit scripture detrahit legi; {Iac 4:11} *Et psalmista.* detrahentem inquit occulte aduersus *proximum suum* hunc persequebar; {Ps 100:5} *et alibi dictum est.* de eo qui libenter audit detrahentem. Noli inquit scripture libenter audire detrahentem ne forte eradiceris;

DE MALEDICTIONE.

Apostolus paulus dicit. neque maledici regnum dei possidebunt; {1 Cor 6:10} **Omnis sermo malus qui ob hoc profertur ut infamet aliquem aut [f. 118v] male commendet.** maledictus est. **Etiam si uideatur non esse iniuriosus;** Confirmat illa sententia maledixerunt inquit et dixerunt ei: tu discipulus illius sis; {Io 9:28}

DE MVRMVRATIONE.

Dicit enim apostolus paulus. neque murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt in deserto et perierunt ab exterminatore; {1 Cor 10:10} **His autem diuinarum scripturarum** testimoniis claret. quia pro his et similibus uitiiis quę fiunt locutione. perpetua imminet poena. nisi in hac uita per satisfactionem et penitentiam fuerint deleta;

Kerff: 3.81

Source (rubric) *unidentified*

Source

LXXV. DE HIS QVI OPERE ET ACRIMODIS DIVERSIS PECCANT.

Plura sunt peccata leuia quę perpetrantur opere: pro quibus in presenti uita necesse est. agere poenitentiam; Alioquin post huius uitę terminum ante oculos nostros adducentur causa accusationis; Nihil enim ut ait scriptura in punitum derelinquit dominus. Ideoque non solum grauia sed et leuia sunt cauenda peccata; Sancti enim uiri sic leuia quasi grauissima lugent peccata; Multa enim leuia. unum grandem efficiunt. Sicut solent paruis et minimis guttis immensa flumina crescere; Numerositas enim in unum coacta exundantem efficit copiam; Sunt et plura grauia et mortalia peccata. et crimina quę perpetrantur actu et opere: pro quibus regnum celorum clauditur his qui ea commiserunt et in hac uita per poenitentiam et lacri[f. 119r]mas et elemosinas. et cætera bona opera non redimerunt; Sunt autem hęc sacrilegium. homicidium. adulterium. furtum. rapina. atque ebrietas. et cætera similia quę paulus apostolus enumerat; Quicumque enim aliquid de istis peccatis in se dominari cognouerit. nisi digne se emendauerit. et si habuerit spatium longo tempore pænitentiam egerit. et largas elemosinas erogauerit. æterna illum flamma sine ullo remedio trucidabit; Sunt autem minima et leuia peccata quoties in cibo aliquis aut potu plus accipiat quam necesse est: quoties plus loquitur quam oportet plus tacet quam expedit: quoties pauperem importune petentem exasperat. quoties cum sit corpore sanus.

aliis ieunantibus prandere uoluerit: et somno deditus tardius ad ecclesiam surgit: quoties excepto desiderio filiorum uxorem suam cognouerit: quoties tardius in carcere clausos requisierit. infirmos tardius uisitauerit: si discordes ad concordiam reuocare neglexerit. si plus aut proximum aut uxorem. aut seruum exasperauerit quam oportet: Si amplius fuerit blanditus quam oportet: si cuicumque maioris possessionis aut ex uoluntate aut ex necessitateadolare uoluerit: si pauperibus {pauperibus corr.} esurientibus nimium dilicosa uel sumptuosa sibi conuiua parauerit: si se aut in ecclesia aut extra ecclesiam fabulis otiosis locutus [f. 119v] fuerit; Hæc enim et his similia ad minuta peccata pertinere non dubium est quæ euitari uix possunt; Quibus peccatis quamuis occidi animam non credamus. tamen ita eam uelut quibusdam postulis et quasi horrenda scabie replentes deformem faciunt; Quicquid enim de istis peccatis per orationes et ieunia. et elemosinas. et precipue per indulgentiam eorum qui in nos peccant in hac uita redemptum non fuerit igni purgandum est de quo apostolus dicit. quia in igne reuelabitur. et cuius opus arserit detrimentum patietur; {1 Cor 3:13}

Kerff: 3.82

Source (rubric) *unidentified*

Source

LXXVI. ITEM DE DIVERSIS AC MVLTIFORMIS MODIS PECCANTIVM.

Sunt enim peccantes quidam qui scienter peccant. sunt et qui ignoranter: et alii manifeste: et alii occulte. et alii necessitate: alii consuetudine: et alii amore peccati. et alii non amore¹¹⁹ peccati sed timore hominis delinquunt;

DE HIS QVI SCIENTER¹²⁰

Grauior namque ira dei est. quæ prouocatur quam ea quæ meretur; Nam meremur quando ignorando peccamus. prouocamus quando scimus bonum facere nec uolumus;

DE MANIFESTIS OCCVLTISQVE PECCATIS.

¹¹⁹ amore written as a more

¹²⁰ The rest of the line is blank; the scribe has omitted the remainder of the rubric (*et ignoranter offendunt*).

Maior est culpa manifeste quam occulte peccare; Dupliciter enim reus est. qui aperte delinquit. qui et agit et docet; **D**e talibus esaias ait.¹²¹ peccatum enim perpetrare crimen est peccatum predicare clamor est: de quo dicit apostolus paulus. et [f. 120r] clamor auferatur a uobis cum omni malitia;

DE HIS QVI PECCANDI NECESSITATE DELINQVVNT.

Plerique non uoluntate sed sola necessitate peccant. pertimescentes temporalem inopiam. et dum presentis seculi necessitatem non refugiunt. a futuris bonis priuantur;

DE HIS QVI VOLVNTATE NON NECESSITATE PECCANT.

Nonnulli peccatum uoluntate non necessitate committunt. nullaque coacti inopia exsistunt iniqui. sed tantum gratis cupiunt. esse. mali;

DE HIS QVI CONSVETVDINE PECCANT.

Nequissimum est peccare. peius est peccandi consuetudinem facere: ab illo facile. ab hoc cum labore resurgitur. dum malæ consuetudini non repugnatur;

DE HIS QVI AMORE PECCATI DELINQVVNT.

Quidam et diligunt peccatum et faciunt: quidam diligunt tantum et non faciunt. plerique uero faciunt tantum et non diligunt; Nonnulli peccatum non faciunt: et tamen iustitiam odiunt; **G**rauius autem peccat qui non solum peccatum diligit et facit. quam qui non facit et diligit. grauiusque interdum qui diligit et non facit quam qui facit et odit; **G**rauissimum est non solum facere. sed et diligere peccatum; Sunt qui peracto flagitio mox confunduntur. sunt qui non solum non dolent gessisse malum: sed etiam de ipso malo opere gloriantur; [f. 120v]

DE HIS QVI TIMORE NOMINIS DELINQVVNT.

Sunt quidam miseri magis timentes hominem terrenum similem sui: quam deum creatorem suum. perpetrant scelera. non cogitantes illud. obediere oportet deo magis quam hominibus; {Act 5:29} **M**elius enim erat illis uitam temporalem perdere quam peccatum committere;

¹²¹ The quotation of Isaiah 3:9 has been omitted.

Michael D. Elliot, June, 2013

Collectio quadripartita, Book 3 (Bodley 718)

Kerff: 3.83; Colvener: 3.83a

Source (rubric) unidentified

Source

LXXVII. QVOD ALIQVANDO EX PECCATIS QVEDAM GENERANTVR PECCATA.

Sepe peccatum alterius peccati causa est. *quod cum committitur aliud ex ipso quasi sua sobolis oritur. sicut fieri solet. nasci libidinem ex nimia uentris ingluuie; Poena uero peccati peccatum admittitur. quando pro merito cuiusque peccati deo deserente. in aliud peccatum itur deterius. de quo amplius qui ammiserit sordidetur; Ergo precedens peccatum causa est. sequentis peccati. sequens uero peccatum: pena est. precedentis delicti; Pr̄ecedentia itaque peccata: sequentium sunt criminum causa: ut illa quę secuntur sint precedentium poena; Pr̄ecedentium peccatorum poena. ipsa uocatur indura ratio ueniens de diuina iustitia: hinc est. quod ait propheta. indurasti cor nostrum. ne timeremus te; {Is 63:17} Neque enim quicumque iusti sunt a deo inpelluntur. ut mali fiant. sed dum mali iam sunt indurantur ut deteriores existant;*

Hucusque qualiter cogitatione locutione. et opere peccata quę perpe[f. 121r]trantur. ex multis sanctorum patrum ædictis pauca donante deo excerptsimus. quę forsitan simplicioribus prodesse poterunt;

Kerff: 3.84; Colvener: 3.83b

Source (rubric) unidentified

Source

EXPLICIT LIBER TERTIVS.